3

IN QUATUOR
GRÆCA DIPLOMATA

NUNC PRIMUM EDITA

ADNOTATIONES

IULII MINERVINII I. C.

NEC NON GRAECI DIPLOMATIS CUM EIUSDEM OBSERVATIONIBUS
IAM IN LUCEM PRODUCTI

EDITIO SECUNDA CORRECTIOR



NEAPOLI
EX TYPOGRAPHIA TRAMATER
MDCCCXL.

LECTORI ERUDITO SALUTEM.

Has membranas cum meis adnotationibus levidensibus, crassoque filo contextis, oculis tuis, benevole lector, obiiciens, quaedam praefari constitui. Sed antequam incipio, unde, et qua fortuna ea monumenta ad me pervenerint, prodendum censeo. Id factum est humanitate Nicolai Varcasia Castrivillani, qui sui muneris officio, patriaeque amore correptus, veteres regionis suae membranas summa diligentia servat. Is graeca diplomata ad me misit ut interpretarer, meisque observationibus locupletarem: quod ut facere ingressus sum, ea omnia typis mandare e re esse putavi: non pauca enim notatu digna in iis reperiebam. Quorum specimen, brevibus sane verbis, in hac praefatione offerre lubet. Namque, ut omittam ex iis confirmari graecae linguae inter Bruttios usum usque ad XIII saeculum fuisse protractum: quod iam aliunde constabat v. *Schoel. Stor. della Letter. Grec.* vol. v. P. vi. p. 74. mediae et infimae graecitatis lexica augeri posse, nullus sit qui dubitet, nam complures sunt voces, quae aut omnino desiderantur, aut alia prorsus significatione usurpantur. Earum catalogum ad totius opellae calcem reieci, ut uno obtutu omnes perciperentur.

Praeterea de aliquibus locis fit mentio, quae mirum quo pacto in graecum sermonem transferan-

tur: κυριος Μουλε est *Domnus Mule* Membr.III.not. 33 Λουτηρ est fortasse *Balneum*. Memb. III. not.36 Κορυφυδατος est *Caput Aquae* Membr.III.not.38 alio modo κεφαλη του ὑδατος Membr. IV. not. 8. De his locis pauca dixi eiusdem Nicolai Varcasia, nec non eruditi Caroli Loccasi ductu, qui regionis suae illustrandae opus iamdiu susceperunt, et certe inchoat. perficient, ut patriae suae antiquitates e tenebris extrahant. At, quod est potissimum, ex diplomate iterum edito not. 13 et Membrana prima not. 18 Castrovillarum nominis mutationem subiisse colligimus: ideoque si quid de hac mutatione Suevorum tempore effecta memorent historici erit investigandum.

Cum quatuor his novis membranis graecum quoque diploma a me anno MDCCCXXXVIII publici iuris factum, rursus edendum curavi: atque id multis de causis. Primum ut omnes simul membranae haberentur: deinde ut acccentus signarem: postremo ut lectionis σφάλματα, quae mihi in priori editione exciderant, qua possem ἀκριβείᾳ castigarem.

Nunc vero de meis adnotationibus, dicam; me non modo quae essent obscura illustrasse; sed et quaedam addidisse, quae ad ea perspectius intelligenda conferrent. In quibus si quid erroris inveneris, scito, lector erudite, me dociles monitis aures praestiturum. Si ergo quaedam reperias quae *aut incuria fudit*, *aut humana parum cavit natura*. ignoscas, sed corrigas: χάριτος δέ τοι ἔσσετ' ἀμοιβή. Postremo rogo, lector, ut ad quasdam additiones atque correctiones in fine positas diligenter attendas, ne inscitiae potius quam incuriae nota maculer. Vale.

I.

A. MCCXVIII. M. IVN. INDICT. VI.

✝ Σιγγον χειρος Χλετου υιου του αποιχομενου περιωαννου . . . .

✝ Σιγγον χειρος ηοδιγης συνευνου αυτου ✝ σιγγον χειρος εριυης . . . . αυτου ✝ σιγγον χειρος Εμμας θυγατρος αυτου.

✝ Εν ονοματι του Πατροςκαι του υιου και του άγιου πνευματος ημεις οι προγεγραμμένοι τα σιγνα του τιμιου καὶ ζωοποιου ςαυρου (1) είκειαις (2) ημων χερσιν ανατερω ποιεσαντες (3) τα δὲ ονοματα ημων καὶ τὰ έπωνόματα γραφεντες δια χειρος του ταυουλαριου (4) τη παρουσα εγγραφα αποχην απλοην καθαρηνδιαπρασιν . . . . τιθεμεθα καὶ ποιουμεν προς σὲ Ιωαννη . . . .

✝ Signum manus Chleti filii defuncti Pierii Ioannis . . .
✝ Signum manus Eodigae coniugis ipsius ✝ Signum manus Erinae . . . . ipsius ✝ Signum manus Emmae eiusdem filiae.

✝ In nomine Patris, et Filii, et Spiritus S. Nos suprascripti, venerabilis salutarisque crucis signa propriis manibus nostris antea facientes; quorum et nomina, nec non cognomina scripta sunt manu tabularii, praesenti scriptura, simplicem apocham, puramque venditionem . . . . facimus tibi Ioanni . . . .

κλήρονομους καὶ διάδοχους καὶ παντας εις διακατωχην ([5]) δι' ης εν αληθειᾳ και ευθυτητι ομολογοῦμεν απεντευθεν οτι ποίπρασαμὲν σοι αυτῳ καὶ αποταξομεν κατα τελειαν νομην και δεσποτειαν δικαιον ημετερον κïπουριον ([6]) σιν ([7]) ταις μεροδενδρεαις ([8]) . . . . καὶ προελθόντες . . . . εις τιν ενοριαν ([9]) τοῦ ἁγιου . . . . σὶνορὶζεται τετραμερως ουτως ανατολας το κïπουριον του Περγαμμίνου φάκκαιλιπεδου καὶ απο δισεος . . . . καὶ απο αρκτου η οδὸς μεσημβριας δε ὁμοιως η οδὸς και σιγκλη ([10]) και τουτο ουν το σὶνοριασθεν τετραμερως κïπουριον οσον και υἵον ([11]) εστιν καὶ σιν τι εισοδῳ[καὶ σιν ([12]) τι εισοδώ] καὶ εξοδῳ αυτου ποίπρασκομεν σοι αυτῳ ειστιν αναμεταξη ([13]) ημιν σιμφωνιθεισαν ([14]) καὶ αρεσκουσαν τιμιν ηγουν νομισματα ([15]) . . . . ταυτα λαυὼν εγῶ ἀπο των χειρων σδυ εις τας ημετερας χειρας . . . . και τουτου ηνεκά εχιν ([16]) σε αυτο το ριθεν κιπουριον εις σὴν

heredibus successoribusque omnibus tuis, ut possideatis. Quo vere ac recte fatemur tibi in perfectam possessionem iustumque dominium nostrum hortum cum vitibus vendidisse . . . . atque venientes . . . . in paroeciam Sancti . . . .

A quattuor partibus eo modo finitur, ab oriente est hortus Pergamini Faccaelipedi; et ab occidente . . . . atque a Septentrione via; a meridie vero similiter via quae claudit. Hunc autem a quattuor partibus finitum hortum quantus et qualis est, cum aditu et exitu eiusdem vendimus tibi pretio quod inter nos convenit nobisque placet, id est numismatis . . . . quae ego ex tuis manibus in manus meas accipiens . . . . atque huius rei causa dictum hortum habeas in dominio ac

υποταγιν καὶ εξουσιαν πολην χαρίζην ανταλλάττην πριξην υἱὰν καὶ θυγατραν γραψασθαι καὶ παντα πραττην εν αυτῳ ποιεις αυθεντης καὶ κϋριος ος τιν εξουσίαν καὶ δεσποτιαν παρ' ημων ιληφὸς μὴ κολυωμενος παρα τινος ενεκαιν ([17]) τουτου η δε ποτε καίρῳ η χρονῳ φανὶ τὶς ητε ημων οἱ τε τὶς των ημετερων διαδοχων η κλὴρονόμων η σοις κλὴρονομοις η ετερου τινος ξένου προσωπου ζιτισιν κϋνισιν η αγωγιν· τινα υουλεται ποιεισε κατα σου η κατὰ τὸν σὼν κλὴρονομων του ιςασθε ημας καὶ διεκδικαν αυτους απο παντὸς εναντιουμενου προσωπου καὶ σὲ αζιμιον διαφυλαττην η δε και ουκ . . . .
αλλα οπερ ουκ ιγουμεθα εις μεταμελον ἐλθομεν ομολογοῦμεθα καταζίμὶοῦσθαι ημας εις δημοσιον . . . . . , . . λς καὶ προς σέ το τιμιμα εις το δυπλουν χαὶ ηθ' ουτως μενεται βεβεον καὶ οχυρον εις εωνα ητις εγγραφη δια χειρος εμου λεχθεντος νοταριου καὶ ταυουλαριου αςεος ([18]) νεου σουευωνιαν μηνος ϋιουνιου ([19]) εν Ινδικτ.([20]) ς. ετους([21])

potestate ; vendas : dones : alienes : dotem filiorum filiarumque scribas; atque omnia in eo facias, ut legittimus dominus, quasi dominium ac potestatem a nobis acceperis, a nemine huius rei causa impeditus. Sin vero aliquo casu aut tempore quis appareat ; aut nos, aut aliquis ex successoribus heredibusque nostris, qui heredibus tuis, aut alterius cuiusdam tertiae personae petitionem, iudicium, actionem intentare velit contra te, aut contra heredes tuos : nos in iudicio stare, ac te ab omni contraria persona defendere, incolumemque tueri promittimus. Sin id minime (fecerimus) sed, quod haud ita fore putamus, nos poeniteat ; promittimus multari nos apud fiscum . . . . 36, ac tibi poenam in duplum praestituros pollicemur. Atque ita manet firmum ac in perpetuum inconcussum. Quae scriptura facta est manu mei supra dicti notarii, ac tabularii Civitatis Novae (vel Castri novi) Suevorum; mense iunio, se-

ς✝κς . . . . . : . . . . ✝ . . . . κριτου νοταριου καὶ ταυουλαριου υπογραφεντων ειχεία χειρι.

xtae Indictionis anno 6726 . . . .
✝ . . . . iudicis, notarii ac tabularii propria manu subscriptorum.

— Ego Petrus de Gifono Iudex testis sum
— Ego Ioseph Mies Iudex testis sum.

ADNOTATIONES



(1) σταυροῦ τιμιου καὶ ζωοποιου - οἰκειοχείρου σταυροῦ Profess. Theod. viduae Imper. Andron. Palaeol. apud Lamboec. l. 5. τιμίους σταυρούς. Basil. Macedo in Iur. Graec. Rom. T. 2. p. 138. χειρὶ διακόνου Γακώβου, κατ' ἐπιτροπὴν ἐμὴν γράψαντος, προτάξας τῇ ἰδίᾳ μου χειρὶ τὸν τίμιον σταυρόν. Concil. Constant. Act. I. p. 33. et χειρὶ Μάρκου πρεσβυτέρου καὶ δευτεραίου, ἐμοῦ προτάξαντος τὸν τίμιον σταυρόν. p. 36. v. Ducang. v. σταυρος. σταύρικα σημεῖα. Bals. ad Concil. vi. in Trul. Can. 73. Bevereg. Synod. p. 242. F. τοῦ σταυροῦ τυπός. Arist. ibid. p. 243. F. τοὺς τιμίους σταυρούς. ibid. p. 243. B. Ζωοποιὸς σταυρός. Conc. vi. in Trul. Can. 73. p. 242. E. et Arist. p. 243. E. ita Ζωοποιὸν καὶ πανάγιον πνεῦμα. Precat. ad Dom. Ies. apud Fabric. Bibl. Graec. L. v. c. 42. p. 336.

(2) εικειαις pro οικειαις. Nam iamdiu iotacismus obtinebat, nulloque discrimine η, ι, υ, ει, οι, υι pronunciabant. Ita est οἵ τε τ'ς pro εἴ τε τίς. Οι pro ι in Εννοιου Ennii. Münt. Itiner. Neap. et Sicil. p. 427. οἰκεῖος est ἴδιος ut in Pandectis Praef. III. Dig. §. 8. extr. et §. 34. οἰκείων κερδῶν pro ἰδίων Theogn. sent. 46.

(3) ποιεσαντες pro ποιησαντες.

(4) τανουλαριου pro ταβουλαρίου: ita paullo post λαυων pro λαβων: et ουλεται, et rursus τανουλαριου: nam β *vita* pronunciabant. Et in Latinis *valneo* pro *balneo*. Fronto et M. Aurel. L. v. ep. 55. p. 132. Mai - et *verva* L. 2. ad Am. ep. 6. p. 305. *'Amavilis, Vello, Belociter* inscriptio apud Pellic. De Coemeter. sive Catac. Neap. Dissert. V. quae correctius refertur ab erudito Iosepho Fusco Dichiarazione di alc. Iscriz. etc. p. 14. *Nobembri* id. ib. p. 18. *bixit*. ib. p. 43. conf. Mu-

rator. Ant. It. Med. Ae. T. II. p. 1011. ut de innumeris prope exemplis sileam.

(5) Διακατωχην pro διακατοχην. Possessio ἡ τῶν ἀγαθῶν διακατοχή in Pandectis Detentio, id est Possessio; ἤτοι νομή. Budaeus. v. Praefat. III. Dig. §. 7. ubi est et κατοχή: et δανειστική κατοχή; creditorum detentio. ib. νομὴν τοιαύτην, ἡ δεσποτείαν ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν ποιεῖσθαι κατοχήν. Zenon. Constit. Cod. de Aedif. privat. L. XII. secundum lection. Andreae Federicii in Opusc. Neap. cuso MDCCLXX. p. 68. κατοχὴ τῶν ἀκινήτων. Bals. ad Concil. VII. Œcum. Can. XII. p. 306. A.

(6) κιπουριον pro κηπουριον. Ita habemus τιν, σιν τι, συμφωνιθεισαυ, τιμιν, ριθεν, υποταγιν, πριξην pro προιξιν quae vox saepe in his membranis occurrit, φανι, ζιτιστν, κινισιν, αγωγιν, αζιμιον, καταζιμιουσθαι, ιγουμεθα, τιμιμα. Et id ex illius aevi pronuntiatione pendet; nam η ut ι pronuntiari vel ex Lascaris versione, quam Melchior Sessa ornavit, colligi potest; ubi semper *ita* vocatur. Vide M. iiii. η et ι inter se confusa advertit Beza in Syllog. Haverc. T. I. p. 332. v. Kühn. ad Polluc. Onom. L. I. 7. not. 45. edit. Hemsterh. Αἰολεῖς ἔτρεπον τὸ ι εἰς η. Διδυ. Odys. π. 317. Sed id ad dialectos refertur.

(7) σιν pro συν; σινοριζεται: διστος: σιγκλη: σινοριασθεν: κιριος; et contra ὑουνιου pro ἰουνιου.

(8) Μεροδενδρεας. v. Membr. 4. not. 7.

(9) ενορια. v. Memb. 2. not. 10.

(10) σιγκλη pro συγκλεισι: η pro ει: πολην pro πωλειν; ita χαριζην, ανταλλαττην, πραττην, διαφυλαττην, ηθ' ουτως: et contra ποιεισε pro ποιησαι.

(11) ὑον pro οιον

(12) σιν τι εἰσόδῳ: repetitur scribentis errore.

(13) αναμεταξη pro αναμεταξυ.

(14) συφωνιθεισαν a συμφωνεισθαι, quod est *paciscor*. In Pandectis συμθωνηθὲν ῥητως expresse conventum. Budaeus. τὸ σύμφωνον pactum: in Constit. Zenon. cum Feder. p. VII. XVI. XXII. XXIII. σύμφωνον ἐγένετο. Polyb. Hist. T. IV. p. 293. 429. 470. edit. Schweigauser.

(15) νομισματα sunt *solidi*. De hoc numo nihil plane addam. In Pandectis » Si tibi decem numismata sint sub conditione legata. L. X. T. IV. l. 9. §. 4. ad. L. XXXIV. T. II. l. 27. §. 4. Εὔδοκι βούλομαι δοθῆναι νομίσμάτα χίλια. L. XL. T. IV. l. 60. καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀνὰ νομισμάτων λιτρας τρεῖς. Bals. ad Concil. VI. in Trul. Can. XIX. p. 178. C. de solido memorat contractus ap. Maffeium Istor. Diplom. p. 166.

(16) ἐχιν pro ἔχειν: ita et δεσποτια, ιλεφος. Ει pro ι adhibitum seriore aetate. Welcker. Syllog. Epigr. Graec. p. XVIII. Bonnae - 1828 - Basis statuae Mileto positae apud Gruterum p. 330. ειωνικον pro Ι'ωνικόν; καταειερωσα pro καθιέρωσα. Vide et Welcker op. ci p. XXXV. et XXXVII. Ita ἀνδρίαν, λύχνια, λύχνιον et alia refert Hemsterh. ad Polluc. Onom. L. IX. 139.

(17) ενεκαιν pro ενεκεν: ita ποιεισε, βεβεον, εωνα. Αι cum ε in Codicibus MSS. saepissime inter se permutari ait Richard. Bentleius ad Callim. Hy. in Iov. v. 87. p. 6. XI. Lugd. Batav. MDCCLXI. et in fragm. XI. In numis Basilii ✠ BASILIOS EN ΘEO ЬASILEVS ROMEON. Bandur. Numism. Imp. Rom. T. 2. p. 726. et Leonis ✠ LEON EN ΘEO ЬASILEVS ROMEON ✠ LEON S ALEXANDROS BASIL. ROMEON. Id. ib. p. 728. nec non in numis Constantini X Porphyrogeniti CONSTANT.CE ROMAN. AYGG. Ь. R. id. ib. p. 733. ✠ CONSTANTINO CE ZOH ЬASILIS ROMEON. Id. ib. p. 734. Eckhel Doctr. N. V. T. VIII. p. 247. Quin et ευφραινεσθαι pro ευφραινεσθε in inscriptione temporum Severi; ut recte corrigit Doctis. Velcker. Op. c. p. XVII. quam referunt Sponius Miscel. p. 348. Zoega Sched. ad Anagl. pertin. p. 487. Fleetwoodius p. 85. n. 1.

(18) αστεος νεου σουευωνιων - magis comprobatur quod ad membranam iam editam dixeramus. v. not. 13. Certe a Suevis *Castrum novum* dictum est quod ante erat Castrovillari, sive Castrum ville; ut vocat Telesinus L. I. c. 2. sive Castrum vetus, ut Annal. Salern. qui nescio an recte corrigatur a de Meo Annal. T. VIII. p. 45. ad an. 1064. v. et p. 380.

(19) Ιουνιος ita etiam appellatur in Hypomnestico Iosephi apud Fabric. Bibl. Graec. L. V. c. 41. p. 112.

(20) Indictio VI. recte: v. claris. Luynes Comment. sur. Matteo Spin. Introduct. p. XXIII. Paris. 1839.

(21) Annus ςϯας 6726. Aerae nostrae 1218. Nondum Fridericus II. Neapolis regni gubernacula tractare ceperat. *Murat. Annal. d'Ital. ad an. 1218*. nescivit ergo notarius ad cuius curtim ea multa pendi deberet, ideoque nullum regem speciatim nominavit.



II.

A. MCCXLVI. M. MAIO. IND. IV.

┼ Σιγνον χειρὸς ἰδίης Ιωάννου (¹) νοταρίου καὶ ταβουλαρίου χώρας Καςροβίλλαρι ┼ σιγνον χειρὸς σοφίης συνέυνου ἀυτοῦ.

┼ Εὐ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ τοῦ ἁγιου Πνέυματος ἡμεῖς οἵ προγραφομένοι, οἱ διὰ τὸ τοῦ ςαυροῦ σημεῖον ιδίᾳ ἡμῶν χειρὶ ἀνωτερω προσημειώσαντες. τὸ δὲ τοῦ ἑνὸς ονόματος ὕφος (²) ἡμῶν χειρὶ οἰκείᾳ γραφομενον. τὸ (³) δὲ τῆς δ' ἄλλης μιᾶς ὕφος ἡμῶν διὰ τοῦ ταβελλίωνος (⁴) χειρὸς γραφόμενον. τὴν παροῦσαν ἐγγραφὰν βεβᾶιαν καὶ καθαρην διαπρασιν, τιθεμεθα καὶ ποιῦμεν ἑκουσιᾳ καὶ γνώμῃ καὶ σοῖ Σερβαδδεο υἱῶ τοῦ ἀποιχομενου Νικολεω τοῦ ὀσυνεγρου (⁵) προαιρεται βουλησει. ἐκτὸς βιας, ἀνάγκης, δολου, νουθεσιας (⁶), καὶ

† Signum manus propriae Ioannis notarii ac tabularii civitatis Castrovillari † Signum manus Sophiae coniugis ipsius.

┼ In nomine Patris, et Filii, et Spiritus S. Nos suprascripti qui crucis signum propria manu signavimus: cum alter propria manu suum nomen notis scripserit; alterius vero nomen sit notis scriptum manu tabellionis, praesentem hanc scripturam firmam, puramque venditionem facimus de nostra voluntate atque sententia; ac tibi Servaddeo filio defuncti Nicolai Osynegri sponte defertur, nulla vi, necessitate, dolo, nec suasione aliqua adhibita, absque ullo

ἐκτὸς παντος ἀπηγοριμένου (7) τρόπου. καὶ ἀπὸ σοῦ τοῖς σοῖς κλronόμοις τὲ διαδόχοις, καὶ τοῖς παρα σου πᾶσιν δια κατοχην. δἰ ἧς ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἐυϑυτητι ὁμολογοῦμεν, ἀπεντεῦϑεν, πιπρασασϑαι σοῖ καὶ ἀποτάξασϑαι (8), κατὰ τελειαν νομὴν καὶ δικᾶιον δεσποτειαν τὸ ἡμετερον οἰκοτόπον (9) σὺν τῇ ἐν αὐτῷ οἰκίᾳ καὶ τὸ κηπούριον (10) τὸ ὑπαρχον . . . . μετ' αὐτοῦ τοῦ οἰκοτόπου τὰ διαφέροντο ἐμοῖ Ἰώάννῃ νοταρίῳ ἐκ μητρικῆς μου κληρονομίας. ἐμοῖ δε Σοφίᾳ ἐξ ανδρος μου κληρονομιας τὰ ὄντα ἐντὸς του Καςροβίλλαρι ἐν τῇ ἐνορίᾳ (11) τοῦ ἁγίου Θεοδόρου (12). συνορειται δὲ οὕτως τετραμερῶς. κατὰ μὲν ἀνατολῆς τὰ οἰκοτόπα και κηπουρια λέοντος τοῦ ἱερέος . . . . δυσεος, ἀρκτου τὲ καὶ μεσημβρίας αἱ ὁδοι καὶ συγκλείει. παντα οὖν τὰ συνοριασϑέντα οικοτόπον κηπουριον συν τοῖς ἐν αὐτοῖς ἡμερόδρυσι (13), ὅσα καὶ οἷα εισι συν εἰσοδῳ καὶ εξόδῳ αὐτῶν καὶ πᾶσι . . . . αὐτῶν ἐπωλησαμεν σοῖ Σερβαδδεῳ ἐν τιμῇ τῇ μηταξυ ἡμῶν καὶ σοῦ συμφωνη-

modo illegitimo: atque a te heredibus successoribusque tuis nec non omnibus a te causam habentibus, uti possideatis. Quocirca vere ac recte promittimus ex hoc tibi vendere atque assignare in perfectam proprietatem, iustumque dominium, aream nostram, et in ea domum, nec non hortensia loca . . . . cum ipsa area: quae delata sunt mihi Ioanni notario ex materna hereditate; mihi vero Sophiae ex mei viri hereditate: quae omnia sita sunt intra Castrovillarum in paroecia S. Theodori. Finiuntur autem a quattuor partibus eo modo: ab oriente sunt areae, atque hortensia loca Leonis Sacerdotis . . . . ab occidente, septentrione, atque meridie viae; et clauditur. Omnia vero sic finita vinea, atque ager cum arboribus quae in iis sunt, quanta et qualia sunt, cum aditu et exitu, ac omnibus . . . . vendidimus tibi Servaddeo, pretio, quod inter nos convenit; h. e. auri ta-

θείση ἤγουν διὰ ταρίων χρυσοῦ πεντέκοντα. ἅπερ ἀπὸ τῶν χειρῶν σοῦ εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας μετὰ πάσης τελειώσεως ([14]) ημετερης δέχοντες εὐθείως σοῖ πεποιήσαμεν τὴν παρουσης τῆς διαπράσεως ἔγγραφὰν ([15]). ἵν' ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εις τὸ διήνεκες χρονους ἔχῃς σὺ τα ῥηθέντα οἰκοτόπον κηπόυριον ἡμεροδρυας ἐν τῇ σῇ νομῇ ([16]) καὶ ἐξουσία πωλεῖν χαριεζειν ἀνταλλαττειν. προΐξιν ([17]) υἱῶν καὶ θυγατρων γραψασθαι καὶ πραττειν ἐν αὐτοῖς καὶ ἐξ αὐτοῖς ([18]) παντα τοῖς ἰδίοις δεσποταις .... νομος ([19]) παρακελεύει. ὡς τὴν ἐξουσιαν καὶ δεσποτεῖαν παρ' ἡμῶν εἴληφως. μὴ κωλυόμενος παρὰ τινος ἕνεκα τουτων οἰκοτοπου κηπουριου καὶ ἡμεροδρύων οὔτε παρ ἡμων. εἰ δὲ φανῇ τὶς τῶν ἡμετερων κληρονομων ἢ ἄλλο ξένον πρόσωπον ποτε καιρῷ ἢ χρονῳ ζητησιν, κίνησιν, ἢ τινὰ ἀγωγὴν ποιῆσαι βουλομενος κατὰ σοῦ ἢ κατὰ τῶν σῶν κληρονομων ἕνεκα τουτων ῥηθέντων οἰκοτόπου, κηπουριου καὶ ἡμεροδρύων, ομολογοῦμεν τοῦ ἵσασθαι ἡμᾶς καὶ διεκδικᾶν σὲ ἀπὸ παντὸς ἐναντιουμένου προσώπου, σὲ δὲ ἀζήμιον καὶ ἀτάραχον ([20]) διαφυλάττειν. εἰ

renis quinquaginta : quos a tuis manibus in manus nostras, cum nostra plena satisfactione accipientes, statim fecimus tibi praesentis venditionis scripturam : ut ex hoc tempore atque in perpetuum habeas praedicta aream, agrum, arbores in dominio ac potestate : vendas : dones : commutes : dotem filiorum filiarumque scribas, atque facias in eis et ex eis omnia, quae propriis dominis .... lex praecipit ; quasi dominium ac potestatem a nobis acceperis, a nemine impeditus causa horum areae, agri, atque arborum, nec a nobis ipsis. Sin vero quis appareat ax nostris heredibus, vel alia tertia persona aliquo casu aut tempore petitionem, iudicium, aut actionem aliquam intentare volens contra te aut contra tuos heredes causa horum praedictorum areae, agri, atque arborum, nos in iudicio stare promittimus, ac te ab omni contraria persona defendere

δὲ τοῦτο οὐ ποιῶμεν, ἀλλὰ μεταμέλοι γινόμεθα ὁμολογοῦμεν τοῦ ζιμιοῦσθαι (21) ἡμᾶς διὰ τῆς βασιλικῆς κόρτης (22) το ειvῆ (23) ἀυγουςάλια τριάκοντα ἕξ. σοι δὲ τὸ ρηθεν τιμημα εἰς τὸ διπλοῦν. καὶ εἶτα δὲ μενέται ἡ παρ' ἡμῶν σοῖ γινομένη τελεῖα τῆς διαπρασεως ἐγγράφα παρόντος κριτου πετρου τοῦ κατ' . . . . κριτοῦ τῶν τοῦ Καςροβίλλαρι χώρας συναλλαγμάτων (24) νοταρίου σολώμου ταβελλιωνος της αὐτῆς χώρας μετ' αὐτοῦ παρασθεντος καὶ ἄλλων χρησαμενων ἀνθρώπων ἐν τούτῳ μαρτύρων ὑπογραφεντων βεβαια καὶ ὤχυρα εἰς αἰῶνας. ἥτις ἐγγράφη χειρὶ σολώμου νοταριου καὶ ταβουλαρίου βασιλικοῦ τῆς χώρας του Καςροβίλλαρι. μαϊῳ (25) μηνι τῆς ἑκτης Ἰνδικτίωνος (26) ἔτει (27) ‿ ϟ ν ς διὰ . . . . τοῦ νοταριου προγραφεντος, κριτου προϊθεντος καὶ αλλων μαρτύρων υπογραφεντων καὶ χρησαμένων.

ac te intactum, incolumenque tueri. Sin vero id minime fecerimus; sed nos poeniteat, promittimus multam pendere apud Regiam Curtim augustalium sex et triginta; tibi vero dictam multam in duplum pollicemur: atque ita maneat firma a nobis tibi facta venditionis scriptura. Praesentia Iudicis Petri . . . . Iudicis ad contractus regionis Castrovillari; Notarii Solomi Tabellionis ejusdem regionis, ipsius interventu, atque ceterorum subsignantium hominum, qui sunt scripti testes, ineluctabilis, atque inconcussa per saecula. Quae exarata est manu Solomi, notarii ac Tabularii regii Civitatis Castrovillari. Mense Maio Sextae Indictionis; anno 6756 . . . . notarii supra scripti, Iudicis praedicti; ac ceterorum testium subscriptorum, et subsignantium.

— Ego Petrus de Aketo Iudex in Castrovillaro supra contractibus testor

— Ego Tomasius de domno mulae testor

— Ego Mula de lato testor

ADNOTATIONES

(1) Ιωάννου - Idem notarius et tabularius est, qui contractum iam a me typis mandatum conscripsit: v. in hac nova editione not. 12.

(2) ὕφος Textus Evangeliorum, seu liber Evangeliorum cuiusque Evangelistae. Sed et pro ipsis Notariorum scripturis usurpat Martyrium SS. Maximi, et Dadae num. 4. Μαγνιλλιανός ὁ Νοτάριος ἀπεκρίθη, ἐάν κελεύει ἡ ἐξουσια ὑμῶν, αναγνοσήθω τὸ ὕφος. Ducang. *notis scriptum* vertimus; ut Paullus Dig. L. XXIX. T. I. l. 40. sed et *per notam* scribere Ulpianus L. XXVIII. T. V. l. 9. §. 4. et δια σημείων scribere Cicero L. 13. ep. 32. ad Att. σημείοις ἐν τῇ γραφῇ χρῆσθαι. Praef. III. Dig. §. 22. Unde notarii, seu λογογράφοι v. Polluc. onom. II. 121. edit. Hemster. dicti sunt et σημειογράφοι. Moschus in Limon. Cap. 197. Desider. Herald. ad Martial. L. V. ep. LIII. p. 109.

(3) τὸ δὲ τῆς δ' ἄλλης μιᾶς etc. Nominativi absoluti pro genitivis. Nominativi absoluti non desunt exempla ad ἀνακολουθίας relata. Matthiae Gr. Gr. §. 310. T. I. p. 73. Torino; et pro genitivo absoluto ὁ δέ σ' οἴω 'Ενθάδ' ἄτιμος ἐὼν, ἄφενος, καὶ πλῦτον ἀφύξειν Hom. Il. A. v. 170. - Ubi Didymus ἐνήλλακται δὲ ἡ πτῶσις. ἀντὶ γαρ γενικῆς, κέχρηται ὀνομαςικῇ. ὃ ἔστι σχῆμα: ita Herodotus, ἵνα οἱ δυώδεκα ἔτεα ἀντὶ ἓξ ἐτέων γένηται, αἱ νύκτες ἡμέραι ποιεύμεναι, pro τῶν νύκτων etc. Herod. II. 133. extr. οἱ πολεμίοι τὸ λόγιον εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα, ἐν ταῖς μάχαις ἀπέχεσθαι Κόδρου. Polyen. apud Burnouf Meth. pour étud. la Lang. Grec. p. 279. Vide alia exempla quae idem Matthiae congessit §. 562. p. 471. T. I. Confer et Moschion. περὶ γυναικ. παθ. Cap. ρκθ. p. 29. et ibi Gesnerum. ὥστε

ἐμμένων τῷ ζωδίῳ τούτῳ pro ἐμμένοντος. Horap. Hier. L. I. Cap. 21 v. ib. Corrad. Leemans p. 224. Amstel. 1835. et Boissonade ad Nicet. Gregor. II. pag. 97. 98.

(4) ταβελλίων. Suidas ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια. Glossae Basil. ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς Νομικὸς λεγόμενος, ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἕκαστον αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι: quae postrema verba sunt et Procopii in Hist. Arc. p. 124. pr. edit. Occurrit apud Iurisconsultos non semel. Glossae Iuris MSS. ταβελλίωνος, ταβουλαρίου. Ducang. h. v. p. 152. v. eumdem voce Νομικὸς p. 1002. Nominantur et collegia Tabellionum in Pandectis L. XLVIII. T. XIX. l. 9. §. 4. at vide ibi Gothophredum. Tabularius etiam *persona publica* a Romanis vocabatur. « Id est ut caveat adrogator personae publicae, si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi essent » Instit. Iustin. L. I. T. XI. §. 3. MSS. testibus Cuiacio, Hotomanno, Pacio » personae publicae, id est tabulario » Theophilus ἐν δημοσίῳ προσώπῳ τουτέστι τῷ ταβουλαρίῳ. Sed adnotat Gothophredus » Id est magistratui » Ita Νοτάριος a Graecis recentioribus usurpatur pro γραμματεὺς sive ὑπογραφεὺς, ac inter hos a Basilio. Henr. Steph. Index in Thes. p. 1512. De Notariis Suevorum tempore v. Pecchia Dell' orig. e dello stato della G. C. della Vic. L. II. C. XXIII. et Chiarito Commento Istor. Crit. Dipl. Sulla Costituz. de Instrumentis conficiendis per curiales dell' Imper. Feder. II. P. I. Cap. III. §. 2. p. 37.

(5) σουνέγρου. Nomen fortasse viri.

(6) Νουθεσία; idem quod Νουθέτημα monitum; ταῖς νουθεσίαις κολάζειν. Plutarch. de virt. mor. T. 2. p. 452. Francof. MDCXX. et p. p. καὶ γὰρ ἡ νουθεσία καὶ ὁ ψόγος ἐμποιεῖ μετάνοιαν καὶ αἰσχύνην. Ita Pollux in onomastico ὁ δὲ λόγος, προσαγόμενος καὶ διδάσκων. οὗ μέρη, πρότασις, ἐπαγωγή, συλλογισμός, νουθεσία, νουθέτησις, ὀνειδισμός, προτροπή, διδασκαλία. L. IV. 40. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πλούτῳ καὶ τῷ ἐπικρούσασθαι ἐπὶ τοῦ νουθετῆσαι κέχρηται. τὰ δὲ πράγματα νουθεσία, καὶ ὡς Πλά-

των, νουθετεία. φαῦλος γὰρ ὁ Μενάνδρου νουθετισμός. Idem. L. XI. 139. Dicitur et νουθέτησις: τὸ δὲ ἐπιπλήσσειν καὶ νουθετεῖν καλεῖται τὸ δὲ ἐτυμολογεῖται ἡ νουθέτησις, νοῦ ἐνθεματισμός. Clem. Alex. Paed. I. c. 10. Νουθεσίαν exponunt Glossae, admonitionem, documentationem. v. Hemsterh. ad Poll. onom. IX. 139. Quae cum ita sint: in hac nostra membrana νουθεσία callida verba potest denotare, quibus contrahentium animi alliciuntur. Sed νουθεσία poena emendandi gratia adhibita; exponit A. Gell. N. A. L. 6. c. 14. init.

(7) ἀπηγοριμένου v. ad Membr. 4. not. 3.

(8) ἀποταξάσθαι. Haec habe ex Budaeo « ἀποτάττομαι autem voce quidem activa, sed significatione neutra, Renuntio. Exponi etiam potest Iubeo valere, ut Cicero loquutus est. Luc. 9. πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποταξάσθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου. In Pand. ἀποτάσσεσθαι τῇ ὑποθήκῃ, καὶ παραχωρεῖν ἑτέρῳ Renuntiare institutioni, et alteri cedere hereditatem. » Comm. L. Gr. p. 1262. F.

(9) οικοτοπον. οἰκόπεδον quidem reperimus, quod est area eversi aedificii; ita Aeschines in Timarch. τῆς οἰκίας ταύτης ἕστηκε τὰ οἰκόπεδα; reliqua est area domus illius collapsae. Οἰκόπεδον ἔρημον κατὰ πτῶμα οἴκου. Phavor. Lex. p. 383. b. Nec non pro area futuri aedificii in hoc Aristotelis loco καὶ τὴν τῶν οἰκοπέδων διαίρεσιν, δεῖ σκοπεῖν, μή ποτ' οὐ συμφέρει πρὸς οἰκονομίαν. Polit. 2. p. 108. Stephanus interpretatur: quem vide in Thes. L. G. h. v. et in v. Γήπεδον. T. 2. p. 1209. C. Nescio autem cur Ducang. ex Eustathio hoc idem colligat Append. ad Glossar. p. 143. extr: huius enim sunt verba haec: οἰκόπεδον δὲ οἰκίας καταῤῥιφείσης πέδον, ὅπερ κοινότερον καὶ ἐρείπιον οἱ ὕστερον φασιν. ad. Il. δ. v. 2. p. 332. v. 4. Basil. MDLX. « οἰκόπεδον vero est eversae domus area; quam et » κοινότερον et ἐρείπιον recentiores dicunt. » Sed haec omnia nihil ad rem: οἰκότοπον sive οἰκότοπος est certe locus ubi aedificium extructum: ita nos hic habemus οἰκότοπον σὺν τῇ ἐν αὐτῷ οἰκίᾳ. Quae vox in Lexicis desideratur.

(10) κηπουριον; a κῆπος reperitur κηπουρος, κηπουρικος haud vero κηπουριον. Hortum verti quasi loca hortensia « Loca

cepurica et hortensia Iul. Firmic. Mathes. L. II. c. XII. Sabinus Tiro in libro Cepuricon. Plin. 19.10. 57. κηπουρὸς est hortensium cultor. Poll.onom.IX.13. quin et κηπωρία hortensium cultura. Id. VII. 140. Hoc loco κηπούριον est certe ager, seu locus oleribus consitus.

(11) ἐνορία dicitur ut ἐξορία. Iustin. in Novell. p. 306. ἐν τῇ ταύτης περιοικίδι. Haec Stephanus Ind. in Thes. p. 879. Sed et provinciam denotat dominio ecclesiastico subiectam; quam et graeci παροικίαν, Latini autem paroeciam, et parochiam dixere. ὡρίσθη, φασὶν, ἐν ταῖς παροικίαις, ἤγουν ταῖς μικραῖς ἐνορίαις ταῖς ὑποκειμέναις ἐπισκόποις. Zonar. ad Concil. Carthag. Can. LX. p.592. T. I. D. Bevereg. ὅτι ἀπὸ θείων κανόνων ἑκάστῳ ἐπισκόπῳ ἐνορίαι παροικίων ἀπενεμήθησαν. Bals. ib. B. Εἰς τὰ ὑπὸ τὴν ἐνορίαν αὐτοῦ πάντα. Bals. ad Concil. VII. Oecum. Can. XIX. p. 323. F. ἐν ταῖς ὑπ' αὐτῷ ἐνορίαις. Idem ad Concil. VI. in Trullo can. LXXXV. p. 257. A. Quas παροικίας sive ἐνορίας esse episcopis subiectas vel Concil. Antioch. Can. XXI. p. 450. A. probat; necnon alii complures, et loca supra allata. Adde Murator. Antiqu. Ital. Med. Aevi T. VI. p. 365. D. et seq.

(12) ἁγίου θεοδόρου. Haec verba sunt eruditi Caroli Loccasi, qui mihi de S. Theodori paroecia quaerenti eo modo rescripsit, ut verto. « Saeculo XIII. quindecim aut plures » baptismales ecclesiae Castrovillari numerabantur. Ex iis » quaeque in quadam illius regionis parte ecclesiasticam » iurisdictionem exercebat; atque ab uno pluribusve sacer» dotibus administrabatur, quibus Capellani titulus inditus. » Hic deinde titulus a solis parochis usurpatus est, qui ad » nostra usque tempora servarunt. Inter eas quas diximus » Ecclesias S. Theodori vetustissimam reponemus: ex qua » S. Theodori paroeciae nomen. Inter cetera documenta, » quibus id firmari posset, mihi placet membranam seligere » an. MCCCXV. m. Iau. d. XX. scriptam quae cuiusdam Ale» xandri Battipede Castrivillani testamentum continet, a Gu» lielmo Archipresbytero eiusdem civitatis exaratum. In hac » membrana scriptum est ». *Item legavit Ecclesiae S. Ma-*

riae de Castello domum suam cum casaleno intus in terra praedicta de Castrovillaro in Parochia S. Theodori. « Cum » autem Paroeciae, ac beneficiariae ecclesiae a Cassani epi» scopis numero sunt imminutae, haec S. Theodori paroe» cia cessavit ».

In altera membrana, quam exscriptam ad me misit Nicolaus Varcasia, legimus « Item lego pro reparatione Eccle» siarum dictae terrae Castrovillari videlicet . . . . : . » Ecclesiae S. Theodori tarenum unum » an. 1334. Et in membrana an. 1315. « Item tarenos duos S. Theodoro pro » emendis tabulis ».

(13) ἡμερόδρυα-ἡμερόδρυς, εἶδος δρυός. Phavor. Lex. p. 249. a. est quercus placida Stephano Thes. Gr. Ling. T. I. p. 1467. G. et 1468. A. qui notat ἡμερίδα apud Homer. Odyss. E. v. 66. aliis esse vitem, aliis vero quercum. ἡμερις, ἄμπελος est Phavor. l. c. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ δρυός, οὐδὲ μορίας, οὐδ' ἣν Ὅμηρος ἡμερίδα σεμνύνων προσεῖπεν. Plut. Erotic. T. 2. p. 757. D-E. quo loco Xylandrus vertit *labruscam*. Ἡμερὶς etiam pro quercu in Theophrasto L. 3. c. IX. Hist. Plant. V. Iul. Caes. Scalig. Animadver. in Hist. Theophr. p. 146. Lugduni MDLXXXIIII. Ita Plinius ubi de arboribus glandiferis sermo est « In ipsis vero arboribus, quae maximam fert, he» meris vocatur, brevior, et in orbem comosa, alasque ra» morum crebro cavata » et p. p. « Sed gallam (fert) heme» ris optimam, et coriis conficiendis aptissimam. H. N. L. XVI. c. VI.

Ἡμερόδρυς hoc loco fortasse est quaevis arbos non silvestris; nam δρῦς omne arboris et ligni genus denotare iam advertit Stephanus, atque G. Dindorf in nova Thesauri editione, quae Parisiis prodit, veterum locis confirmavit: p. 1696-1697. quibus addas Phavorinum δρῦς κατὰ τοὺς παλαιοὺς πᾶν δένδρον. Lex. p. 153. et Scholiast. ad Sophocl. Trachinias v. 766. ubi poëta . . . . κ' ἀπὸ πιείρας δρυός: ille vero haec notat; ἀπὸ λιπαροῦ ξύλου. δρῦν γὰρ λέγει πᾶν δένδρον. Id autem in compositis magis retentum est, in quibus tamen δρῦς plerumque praecedit: at alia voce praecedente in com-

positione reperitur, ut in γεράνδρυον quod est quaevis arbos annosa sive effaeta; ut ostendit Spanhem. ad Callim. in H. in Iov. v. 22. pag. 38. De ἡμέραις arboribus meminit Pausanias τῶν δὲ ἡμέρων Ἀρκάδες δένδρων ἁπάντων πλὴν ῥοιᾶς ἐσκομίζουσιν ἐς τὸ ἱερόν. VIII, 37,4.

(14) τελειωσις perfectio: ibi pro satisfactione adhibitum mihi videtur.

(15) ἔγγραφα v. membr. 4. not. 2.

(16) νομή-ἔτι δὲ καὶ τὰ περὶ νομῆς, καὶ τῆς δι' αὐτῆς κτήσεως. Praef. III. Dig. §. 7. περὶ νομῆς Nov. 167. v. Constitut. Zenonis cum Federicio p. 66. τῆς τῶν πραγμάτων νομῆς ib. νομὴν τοιαύτην ἢ δεσποτείαν κ. τ. λ. p. 68. est possessio.

(17) προιξιν pro προικα; sed est simplex donatio ut saepe.

(18) ἐξ αὐτοις pro ἐξ αὐτῶν. Exempla praepositionum quibus male non suus datur casus in latinis inscriptionibus reperit Salmasius in Hist. Aug. p. 106, et 138.

(19) νομος παρακελευει - οἱ νόμοι ἐκέλευσαν. Dig. L. XXVII. T. I. l. 15. §. 17. καὶ ὁ νόμος ἔτω κελεύει. Epist. Appian. v. M. Front. Ep. ad Amic. L. I. ep. 1. p. 265. edit. Mai.

(20) αταραχος vacuus a pertubationibus, intrepidus: hoc loco est inconcussus.

(21) ζιμιουσθαι pro ζημιουσθαι v. Pand. L. XXVI. T. VI. l. 2. §. 1.

(22) βασιλικη κορτη. Nulla erat causa cur regis nomen notarius reticeret: fortasse id signare opus non fuit.

(23) το ειvη an pro τὸ εἶναι? loco τοῦ ἐστι. Nam εἶναι pro ἐστὶ occurrit passim apud Anon. de locis SS. p. 81. 82. et seqq.

(24) Iudex ad contractus: ita plane nominatur κριτοῦ τῶν τὸν καστροβίλλαρι χωρας συναλλαγμάτων; et in subscriptione » Iudex supra contractibus » De his Iudicibus videatur Chiarito Op. cit. P. I. App. II. §. 2. p. 16. et Pecchia Op. cit. L. II. cap. XXII.

(25) Μαΐῳ μηνι: ita in Hypomnestico Iosephi ap. Fabric. Bibl. Gr. L. V. c. 41. p. 112.

(26) Indictio VI. corrige IV. ut in Diplomate corrigit Claris. Dux Luynes Comment. sur Matt. Spin. Introd. p. XXIV.

Quaedam indictiones in diplomatis a Muratorio relatis bene cum nostris concordant. Antiq. Ital. Med. Aev. T. VI. p. 8-25. Recte an. MCCLVIII. Augusti est Indictio I. in chron. Suess. Perg. T. I. p. 55. Vide et Indictiones a Davanzati signatas apud Claris. Luynes op. cit. p. XVI. quas vir doctus tamen non probat quoad regni annos Currado tributos. Recte in diplomate Curradi II. latine conscripto MCCLVII. Apr. XV. Ind. Conradi II. regis anno III. Mihi liceat errorem notare in Beveregii Synodico. An. Graeco 6684. Iunii est Indictio IX; et an. 6689. Iulii est Ind. IV. Bals. ad Conc. VII. Oecum. Can. XII. p. 307. E. Certe observatum non fuit ι cum esse deberet ιδ: lectoque tantum δ prava etiam versio consequuta est. Ceterum bene Indictiones notantur; nec non et ibid. p. 310. B. C.



III.

A. MCCXL. . . M. OCT. IND. VI.

+ Εὐ ονοματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τούτοις . . . . ϑεῖα πρόνεια φαινεται . . . . επινοεῖν εἰςηγάγουσιν [1] οχυρισϑαι δὲ ὁμηροῦσιν τοῦ εἰς καρπέφερον [2] τελος αὐταγαγεῖν, ἐπειδὲ τῆ τοῦ προγόνου ἀει ἐξουσίᾳ ὁρουται ὁ γαρ φυτοσπορος [3] ἐν τούτῳ . . . . τῷ ποϑμῳ πάμαλα τελευτησηται . ἐνϑεύτεν ἐγώ . . . . υἱὸς τοῦ ἀποιχομενου Γουλιέλμου Αρδεκάλλου τοῖς ἑαυτοῦ ἐργοις ὁμοιοῦσϑαι . . . . ὁμοιως τοῖς ἑαυτοῦ ἴχνεσιν, ὁσον δύνομαι [4] ὀκαδειν εκποιωμαι. συνεργοῦντος δὲ τοῦ . . . . τῆ θυγατρὶ τοῦ Γουαλτεριου τῆς Περγούλης ὀνόματος Σαρακίνᾳ τῆ ἐμοὶ . . .

† In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti in iis . . . . divina providentia apparet . . . . cogitare incipientibus, perficere autem cupientibus ut ad utilem finem perveniatur; semper enim patris auctoritate movetur. Genitor namque in hoc . . . . in morte neutiquam finem habebit. Ideo ego . . . . filius defuncti Gulielmi Ardecalli eiusdem opera imitari . . . . pariterque vestigiis, quantum in me est, insistere conor. Conveniente vero . . . . filiae Gualterii Pergulae nomine Saracinae mihi legitime

. . . . νομικαῖς δεδαμένη, συγγράφα τὸν προῖκα παρόντα εποιησάμεν ἐν ῷ τὰ ἔδνα (5) χαριζόμενα παρ' ἐμοῦ επογραφονται. Εν πράτῳ δίδαμι αὐτῇ δία νυμφοςόλου (6) αὐτῆς ὄγκιας (7) μιας χρυσοῦ, δία δὲ τοῦ τῆς αὐτῆς ὑποβολου (8) ἐξ ἄν ἔχω νῦν καὶ αμφατερα ὀφείλομεν ὑποκτήσασθαι τόσοῦτον κινητον ὅσον ἀκινητον, καὶ αὐτοκινητον πραγματαν (9) το τριτον μέρος. καὶ ἐκ . . . . . . τὸ . . . .

✝ Εὐ ὀνόματι τῆς ἁγίης καὶ ἀχωρίςου Τρίαδος ἀντίπροικα (10) παρ' εμοῦ Γουαλτερίου τῆς Περγούλης γίνεται διὰ τῆς ἐμῆς θυγατρὸς Σαρακίνας των ἐκ . . . . . . μοι δοθένταν συγγενεῖ (11) ὀνοματος . . . . υιῷ γνησίῳ τοῦ ἀποιχομενω Γουλιέλμου Αρδεκάλλου τῷ . . . . τῇ γνησίᾳ θυγατρὶ προρηθείσῃ νομίμως (13). Ἐν πράτῳ δίδωμι αὐτῷ φορεσίας (14) δυο ἤγουν τρίμμιτον (15) ἐν . . . . μίαν, ἱματια (16) δυο, βράκας (17) δύο τῇ νύμφῃ φορεσίας τρεῖς . . . . λουμβαρδίκας (18) τρεῖς, βουτταρέλλια (19) τρία, φακίο-

datae, in scriptis praesentem dotis contractum constituimus, in quo nuptialia dona a me collata perscribuntur. In primis do illi, pro nuptiali veste, unciam auri unam et pro dote pignus ex iis quae nunc ego habeo, et quae ambo possidere debemus tam mobilia, quam immobilia, nec non semoventia, tertiam partem: et ex . . . .

✝ In Nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Vicissim a me Gualterio Pergulae, per filiam meam Saracinam pro iis quae mihi data sunt, adfini nomine . . . . filio legitimo defuncti Gulielmi Ardecalli . . . . legitimae dictae filiae meae, haec redduntur. In primis ei do vestimenta duo, trilix alterum . . . . amicula duo, brachas duas, sponsae autem vestes tres, ... *lombardicas* tres, *bottarellia*

λα ([20]) τρία, κράβαττα ([21]) τρία, ἔχοντα τηλαριὸν ([22]) σάβυρον ἓν, σάκκους ([23]) λοινοῦ δύο . . . . ἐν, κοπηρτηρια ([24]) λοινοῦ τρία, μανδύλια ([25]) τρία ἑκαςον αὐταν ὕπαρχον πηχεῖς πεντε, λέβητας ([26]) δύο μεγαλὴν καὶ μικραν, τηγάνιον ([27]) ἓν, κρέμαςλον ([28]) ἓν, κιβότον ([29]) ἓν, οἰκοτόπον ([30]) ἓν δῆλαδε ἅπαν τὸ μερος μου τοῦ οἰκοτόπου ὅπερ ἔχω μετὰ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ ἄντος ([31]) εντὸς τοῦ καςροβιλλαρι ἐν τῇ ἐνορίᾳ ([32]) τοῦ ([33]) ἁγίου Ιωάννου τοῦ Κυριου Μουλε τοῦ διαφερόντος μοι ἐκ πατρικῆς μου κληρονομίας οὗτινος ἀπὸ τοῦ ἑνὸς μέρους τὸ οἰκοτόπον Ῥογεριου τοῦ Μέλιτος ([34]) υπαρχον ἐξ αλλου δὲ μέρους τὸ οἰκοτόπον τοῦ φύου ([35]) τοῦ Γουλιέλμου τοῦ Αλβέδου ([36]) χωρας χωροῦντος . . . . τρεῖς ἐν τῇ κρατήσει τοῦ Καςροβίλλαρι ἐν τῇ τοποθεσίᾳ τοῦ Λουτῆρος ([37]), τὸ διάφερον μοί ἐκ πατρικῆς μου κλερονομιας ὄν ἐγγὺς τοῦ χωρου ([38]) Λέοντος της κουρατηρίας ([39]) καὶ της χωρας τοῦ ἁγίου Ιωαννου τοῦ κορυφυδατος, δίδωμι αυτῳ ομοί-

tria, *faciola* tria, grabatos tres vacuum telarium habentes, saccos lini duo . . . . coopertoria lini tria, mantelia tria quinque cubitus quodque, lebetes duo magnum et parvum, sartaginem unam, *camastram* unam, arcam unam, aream unam, idest totam meae areae partem, quam ego simul cum fratre meo possideo, intra Castrovillarum, sitam in paroecia S. Ioannis Domni Mule, quae mihi ex paterna hereditate delata est, cuius ex altera parte est area Rogerii *Militis*, ex altera vero parte area filii Gulielmi regionis Albedi incolae . . . . tres, in *tenimento* Castrovillari in loco *Balnei*, quod mihi ex hereditate paterna defertur, situm prope praedium Leonis de parochia, et regione S. Ioannis ad Caput Aquae. Do pariter illi arbores vitium centum

ας ριζας (40) αμπελοχωρου εκατον πεντέκοντα ἀντος (41) ἐν τῇ διακρατήσει τοῦ Καϛροβίλλαρι ἐν τῇ τοποθεσίᾳ (42) τοῦ ἁγίου Φιλίππου τοῦ αναφορου. . . . . αἰλεῶνος (43) ἀντος ἐν αυτῷ το διάφερον μοι ἐκ πατρικῆς μου κληρονομιας σὺν τοῖς αλλοις ημεροδρυσι (44), οὗτινος ἀμπέλου ἀπὸ τοῦ ἑνος μέρους ἐϛὶν ο ποταμος (45) τοῦ ἐπισκοπίου, ἐξ ἄλλου μέρους ἡ ἐμὴ αμπελος. τῆς φυτειας δὲ καὶ τοῦ ἀργοχώρου (46) ἀντος ἐν ταυτῃ ἅπερ ἐχω εν τῇ τοποθεσιᾳ (47) τῆς Λυτρώμης, καὶ ἐν τῇ κρατήσει τοῦ ὁμοίως τῷ Καϛροβίλλαρι ἀντος ἐγγὺς τοῦ αμπελου τοῦ επισκοπίου καὶ τοῦ ἀμπελου τοῦ κριτοῦ Ἰοσφρέδου τῆς . . . . ὁμοίως αὐτῷ δίδωμι . . . . μέρος δὲ τὸ μὴ ἐμμίνον (48) καὶ μη στέργον (49) τὰ στοιχάμενα (50) ἐν τουτοις τοῖς στοιχημασι (51) διδωτο τῷ ἐμμίνοντι καὶ ϛέργοντι μέρει τα ϛοιχθέντα εἰς τὸ διπλοῦν. καὶ τῇ βασιλικῇ (52) κόρτῃ ἀυγουϛάλια (53) τριακοντα ἕξ. ἐπειδε δὲ μενέται ὁ παρων προιξ τον δώσεμεν, ος παρ' ἡμῶν εποιήθη βέβαιος καὶ

et quinquaginta ex vinea, quae est in *tenimento* Castrovillari in *Contrata* S. Philippi anaphori. . . . . oliveti in eo existentis, quod mihi defertur ex paterna hereditate cum ceteris arboribus : cuius vineae ex altera parte est fluvius episcopatus, ex altera parte est vinea mea : et quod culti incultique soli in ea possideo in loco *Redemptionis* (fortasse), pariterque in tenimento Castrovillari, prope vineam episcopatus, vineamque Iudicis Iosphredi . . . . item do illi. . . . .
Pars autem haud perseverans, quaeque iis non acquiescat, quae in hoc scripto pacti sumus, perseveranti et acquiescenti det constituta in duplum, atque regiae Curti Augustalia triginta sex. Ex hoc manet praesens dos quam dedimus, et quae a nobis est assignata firma, et stabilis in per-

ισχιρος εἰς αἰῶνας. ([54]) ὅπερ ἐγγραφη χειρὶ Σολάμου βασιλικου νοταρίου τοῦ Κασροβίλλαρι παροντος καὶ βονουφαττιου βασιλικοῦ κριτοῦ τοῦ κασροβίλλαρι καὶ ἄλλαν μαρτύραν ὑπογραφεντων, μηνι οκταβριου ([55]). της Ινδικτιανος ([56]) εκτης. ετει ([57]) ς ✝ ν .. δια του νοταριου ὑπογραφεντος κριτοῦ του προρηθεντος καὶ μαρτύραν ἄλλαν .... ὀχυράμενος.

.... γραφεὶς Σολᾶμος μαρτυρεῖ τ'ἀνώτερα ([58]).

petuum. Quae scripta est manu Solomi regii Notarii Castrovillari; praesente et Bonifacio regio iudice Castrovillari, ceterisque testibus. Mense octobri Indictionis sextae, anno 675... per notarium subscriptum, Iudicem supra dictum, ceterosque testes .... roborata.

.... tabularius .... scriptus Solomus superiora testatur.

ADNOTATIONES

(1) εἰσηγαγεῖν, εἰσαγεῖν est introducere: sed pro εἰσελθεῖν Eustathius ποταμῶν μένος εἰσαγαγόντες. ad Hom. Il. μ. init. p. 843. v. 16. edit. Froben. in nostra membrana fortasse pro incipere, eo modo quo latini voce *ingredi* usi sunt.

(2) καρπεφερον pro καρποφορον fructum afferens, utile.

(3) φυτοσπορος plantam serens. Sed et pro matre, ac patre accipi adnotat Stephanus. Thes. Gr. L. T. 4. p. 295. D. Habet Sophocles in Trachiniis v. 361. quo loco haec adnotat Wakefieldius « insolentissima vox; quam non memini me » legisse, nisi in Orphei fragmento apud Tzetzem in Hesiod. » p. 170. ed. Heins.

πᾶσιν ἐπιχθονίοισι φυτοσπόρον αἰτίη ἄλκης·

» Substantivum habet Manetho IV. 432.

γειοπόνοι ζήσουσι, φυτοσπορίας ἀγαπῶντες

Sed et ὁ φύτευσας, *pater* eidem Sophocli Trach. v. 1246.

(4) δύνομαι pro δύναμαι.

(5) ἕδνα. τὰ δὲ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενα δῶρα ἕδνα, καὶ ὀπτήρια, καὶ ἀνακαλυπτήρια. Poll. onom. III. 36. edit. Hemsterh. ἕδνα κυρίως, τὰ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενα τῇ γυναικί. Phav. Lex. p. 161. a. pr. edit. v. et Hesych. V. ἕδνα. Non semel Homerus hac voce utitur, ut videre est apud Feith. Antiqu. Hom. L. II. c. XI. p. 145. et seq. Neap. 1774. adde pag. 156. vide Perizon. ad Aelian. IV. I. de ὀπτηρίοις et ἀνακαλυπτηρίοις apud veteres, videatur Spanhem. ad Callim. H. in Dian. v. 74. p. 220. Lugd. Bat. 1761.

(6) νυμφοστόλου - Huius vocis duplex significatio: aut enim sumitur pro νυμφαγωγῷ qui sponsam a domo patris ad sponsum adducit. v. Pollux onom. L. III. 40. et 41. Suidas

in v. ζεῦγος ἡμιονικόν. Hesychius in v. νυμφοστόλος et νυμφαγωγος. Phavorinus Lex. his voc. p. 377. b. et p. 415. a. aut pro νυμφοκόμῳ ut advertit Henricus Stephanus T. 2. p. 1096. B. Ita Phavorinus l. c. νυμφοστόλος ὁ τὸν νυμφίον κοσμῶν, et p. p. νυμφοστολῆσαι, νύμφην κοσμῆσαι. Ceterum quocumque modo in nostra membrana accipias τὸ νυμφοστόλος nullum sensum efficit. At si neutro genere νυμφοστόλον sumamus, erit sponsae ornamentum, seu vestis nuptialis στολὴ νυμφίκη, ut est in Polluce III. 43. quae certe a sponso dari debuit.

(7) ὀγκιας χρυσοῦ. Auri uncia. Videatur Ducang. Gloss. Lat. v. uncia T. III. Pars II. p. 903. Basil. MDCCLXII. Murator. Antiqu. Itat. Med. Aevi T. II. p. 784. B. et Diodati in Atti della reale Accad. d'Iscr. e B. L. di Napoli p. 326. et seq. Neapoli 1788.

(8) ὑπόβολον ὑποκείμενον πρὸς δάνειον καὶ τόκον. Phav. Lex. p. 515. a. Pignus vel hypotheca; sive domus, sive praedium, sive res mobilis sit: Budaeus Com. L. Gr. p. 578. 40. et seq. Sed et donatio propter nuptias id. p. 579. 4. ἔτι τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν ἤτοι τὸ ὑπόβολον. Harmenop. L. IV. T. 4. ὑπόβολον vero est quod ob dotis quantitatem, quum » soluto matrimonio dos repetitur, huic subiicitur, et ve» luti sub dote, quae in maiorem quantitatem excrescit, » tamquam minus et infirmius ponitur. » Heinec. Antiq. Rom. L. II. T. VII. §. XVIII. Apud veteres ὑπόβολον dotis dimidia pars erat, postea pro libra librae triens. Harmen. Prompt. V. 5. 7. §. 4. et Scholiast. in Synop. Basil. l. 39. tit. 2. Instrumenta ὑποβολικὰ Sidon. Apollin. Epist. VII. 2. et συμφωνηθὲν ὑπόβολον Harmen. IV. 10. 7. Confer Hotoman. de ritu Nupt. Cap. 7. Oper. T. I. p. 537. edit. Stoer MDXCIX. *pro dote pignus* verti; ut placet Cavallario Inst. Iur. Rom. L. II. T. VII. §. XV.

(9) πραγμάτων idem ac χρημάτων. τῆς τῶν πραγμάτων νομῆς et p. p. ὡς οὐδεὶς τῶν πραγμάτων ἐπιλέλειπται. Nov. 167.

(10) ἀντίπροικα quasi ἀντιφερνη. ἀντιπροίσχειν ἀντιδοῦναι. Hesych. h. v. Phavor. Lex. p. 60. a. quae loco dotis dau-

tur sunt ἀντίπροικα v. Kühn. ad Poll. onom. VII. 10. not. 59. ed. Hemsterh.

(11) συγγενεῖ - συγγενεῖς sunt proprie cognati ut Plutarch. Quaest. Rom. p. 265. T. II. oper. sed etiam adfines hac voce appellat Poll. onom. III. 5. v. ibi Iungerm. n. 15.

(12) γνήσιος υἱὸς ὁ ἐκ γυναικὸς ἀστῆς, καὶ γαμετῆς. Poll. III 21. Dicuntur et νομίμοι παῖδες. Dig. L. 27. T. 1. l. 2. §. 3.

(13) νομίμως, legitime - ita et νομίμος legitimus Νόμιμόν ἐστι δίκαιον τεταγμένον. Phavor. Lex. p. 376. a. νόμιμον hominem iustum, et νομίμως legitime Poll. onom. VIII. 7. προαγορεύει δὲ τοῖς ἐν αἰτίᾳ ἀπέχεσθαι μυστηρίων, καὶ τῶν ἄλλων νομίμων. ib. 90. namque νόμιμος solemnis; ita Scholiastes Callimachi ad H. in Apol. v. 87. τέθμιαι, νόμιμοι, ὡρισμέναι v. et ad H. in Dian. v. 174. εὑρόντες νόμιμον εἶναι μηδενὸς γενέσθαι. Athen. Deipn. IV. 14. πολλὰ γὰρ ἔθη καὶ νόμιμα κοινὰ ταῖς πόλεσιν. Fronto et M. Aurel. Ep. ad Am. L. 1. ep. 2. p. 268. edit. Mai. νόμιμος κληρονόμια. Dig. L. XXVI. T. 6. l. 2. §. 1. νομίμοι παῖδες. L. XXVII. T. 1. l. 2. §. 3. νόμιμος ἐπίτροπος. Ib. l. 10. §. 7. νόμιμον. Zenonis Constit. cum Federicio p. XLIX. Neap. 1770. νόμιμος αἰτία iusta causa. Novell. 166. νομίμοι φαντασίαι. Plutarch. de San. Tuen. T. II. p. 129. B.

(14) φορεσιας. φορεσίαι vestes sunt generaliter Ducang. Glos. Grae. h. v. ut φορήματα. v. Fronto et M. Aurel. L. 1. ep. XI. p. 28. edit. Mai Romae MDCCCXXIII. Pollux onom. IV. 119. VII. 95. X. 164.

(15) τριμιτον. Ternis liciis textus, Trilix: ut trilices vestes dicuntur, quae tribus liciis versicoloribus constant. τριμιτα habemus apud Pollucem ὅτι μέντοι καὶ τρίμιτα εἰργάζοντο, Αἰσχύλος διδάσκει, φήσας, Σὺ δὲ σπαθη τοῖς τριμιτίνοις ὑφάσμασι. Onom. VII. 78. ἐν δὲ τῇ τοῦ νεωτέρου Κρατίνου Ὀμφάλῃ εἴρηται, ὑμεῖς δ' ἐὰν ἱππίσκον ἢ τρίμιτον ἔχητε, ὡς καὶ ταῦτα εἴδη χιτωνίσκων. ib. 58. τρίμιτος ἐστὶ πλεκτός. Id. X. 50. et ποδεῖα τριμίτινα VII. 92. quin et τριμίτιον. VI. 165. ubi adnotat Kühnius sic ἑξάμιτον unde Germanorum Sammet. n. 37. edit. Hemsterh. ἑξάμιτα memorat Balsamon διὰ ἱματίων λεγομένων ἑξαμίτων. ad Concil. VII. Oecum. Can. XV. Bever. T. I. p. 318. E.

(16) ιματια : Vestis exterior virilis apud Graecos v. Bos Antiq. Graec. Pars Sec. Cap. XVI. 4. cum Leisnero. Saepe Pollux in onomastico. Sed non pro pallio tantum at pro quacunque exteriori veste sumi ab iis quae dicit Phavorinus colligas. Lex p. 272. b. ιματιον νυμφικον est ap. Plutarch. Erot. T. II. oper. p. 755. A.

(17) βρακας. Βράκες Hesychio sunt ἀναξυρίδες Bracae: ita Steph. Thes. L. Gr. Ind. p. 649. quae dicuntur et βρακία. ἀναξυρίδες, βρακία ἢ βαρβαρικὰ ἐνδύματα, vide λέξεις τῆς ὀκτατεύχου apud Fabric. Bibli. Graec. L. V. c. 40. p. 62. βράκες, ἀναξυρίδες Phav. in Lex p. 111. a. Anaxyrides vero sunt bracae, seu femoralia; τὰς δὲ ἀναξυρίδας καὶ σκελέας καλοῦσι. Poll. VII. 59. et 92. ἀναξυρὶς, καὶ ἀναξυρίδες, τὸ βρακιον. τα βαθέα καὶ ἄβαστα ὑποδήματα. οἱ δὲ φημινάλια. βρακια. βαρβαρικὰ ἐνδύματα ποδῶν. ὑποδήματα βαθέα. ἡ βασιλικά. Phavorinus p. 49. b. ex quo loco certe corrupto ἀναξυρίδες esse feminalia colligimus; de quibus Suetonius « Hyeme quaternis cum pingui toga » tunicis, et subucula, et thorace laneo, et feminalibus, » et tibialibus muniebatur ». In Aug. cap. 82. ubi Casaubonum. Vide et Poll. onom. X. 168. ubi si admittatur Hemsterhuisii correctio, ἀναξυρίδες exponuntur et voce σαράβαρα; quae vox femoralia, seu bracas denotat, ut idem probat. n. 63. pag. 1355. Adde Mazoch. Spic. Bibl. T. 2. pag. 285. et Bonarrot. in observ. ad vitra Coemeterial. p. 68. Eustathius ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι μὲν βράκαν φασὶν ἕτεροι δὲ ἀναξυρίδα, ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι. ad Il. B. p. 216. l. 5. Romae MDXLII. De anaxyrisin vide Baysium de Re Vest. c. 20. Brisson. L. I. de reg. Pers. p. 41. Nunnes ad Phrynich. in ἀναξυρίδες: meminit et Cruquius Comm. ad Satyr. Horat. I. 6. v. 27. et Magius Miscell. III. 3. praecipue p. 131. 6. edit. Venet. 1564. Coel. Rhod. Ant. Lect. l. XVI. cap. X. p. 599. et Doctissimi Herculanenses Bronzi T. II. p. 414. n. 33.

(18) Λουμβαρδίκας - An nescis, quae sit haec res? respondeo cum Plautino Simone » Iuxta cum ignarissumis. Pseudol. Ac. IV. Sc. VII. v. 62.

(19) βουτταρέλλια τρία: fortasse calceamenti genus; nam Bota, seu Botta est ocrea: ut ex multis exemplis colligit

Ducang. Gloss. Lat. h. v. T. I. p. 691. edit. Basil. MDCCLXII. Nam nihil est cur cogitemus ad βέττιον sive βέττις, cupa, cupella, unde fortasse italicum Botte. v. Antich. di Erc. Bronzi T. II. p. 185. n. 2.

(20) φακιολα - φακιόλιον reperitur ap. Scholiast. ad Aristoph. Plut. v. 729. Haec Mazochius « φακεώλιον, φακίολιον, φακεόλιον, » φακνόλον est fascia qua in orbem convoluta caput olim » operiebant Saraceni, nunc Turci; quod tulipantum ap- » pellat Leunclavius: vulgo apud nos vocatur turbante. » Cetera de φακεωλίῳ videantur apud Cangium in media » Graecitate, quibus vix est ut quidquam addi possit. Fuere » plures qui a φακεολίῳ Italicum faccioletto deduxerint: nam » φακεώλιον explicatum etiam ἐκμαγεῖον semicinctii vicem » praestabat. In Glossa interlineari ad Nanzianzeni carmina » φακνόλον vox esse Αὔσων (Latinam ne a Fascia, intelligit, » an italicam il Faccioletto?) dicitur: sic enim ibi καλύπτρη exponitur

Λεπταλέη δ'ὀθόνη τις ἀπήορος ἀμφὶ παρειὰς
Ηέ καὶ ἣν καλέουσι φακνόλον Αὔσονι φωνῇ.

» Extat in eiusdem Cangii supplementis. » Spic. Bibl. T. 3. p. 97. not. 14. Neap. 1778. v. Duc. Gloss. Gr. h. v. qui et φακιολον memorat p. 1658. Conf. Supplem. p. 192.

(21) κραβαττα - κράβαττον seu κράββατον Thom. in Eclogis vel κραβαττος, ut in Moschione περὶ γυν. παθ. cap. μθ. aut denique κραβάττιον, ut Cyril. Scythopolitan. Vit. Sabae c. 73. Latinis grabatus est lectus humilior, in quo meridiari solemus. Σκίμπους et κράββατος idem est ap. Polluc. onom. X. 35. Institis et tenis hoc lectuli genus intendebatur: ita Galenus σκίμποδος ἐξέντο et Petronius Arbiter « Imperavi » Gytoni ut raptim grabatum subiret, annecteretque pedes » et manus institis, quibus sponda culcitam ferebat. etc. » quattuor pedibus erat innixus. Haec et alia Hemsterhuis ad Poll. l. c. not. 36 et 37. Ita definit Kühnius ib. not. 39. Erat autem κράββατος lectulus humilior, unum capiens cubantem ex tabulis subterque tensis constans institis, quae in oriente קרבימין dicuntur; unde totus lectulus nomen ac-

cepit vel ab Hebraeo קרב appropinquavit, quod terrae vicinior esset. Sed Cozzolinus ex כביר cebir, seu cabar, quod exponitur pulvinar, seu stragulum derivat Exerc. Miscel. p. 147. Neap. 1771. At cur tria κράβαττα: an de uno tantum loquitur qui esset tripes? ut videri potest ap. Martial. li. XII. ep. 32. Ex κραβάττῳ fortasse Trabacca, seu Travaccha, quod cum sit tentorium v. Ducang. Gloss. Lat. T. 3. part. 2. p. 671. dici potuit a similitudine. Nam trabacca pro tentorio est apud Italos, nec non pro simplici velario; ut certe in iis locis « Sicchè con tal trabacche » L'alta pianella, e 'l calcagnin si cuopra. » Franc. Sacch. rim. 26. » E sotto un alto rover ce ne andammo « Con una trabacchetta apparecchiata. » Cirif. Calv. I. 6. Imo travaccha denotat apud Neapolitanos idem fere quod κράβαττος ut definit Kühnius; i. e. lectulus ex tabulis constans, telis circumdatus, quem desuper velarium extenditur. Id facile fieri potuit *t* in *c* mutato; ut in voce *mecco* pro *metto* pono: *cra* vero et *tra* pronuntiatione haud multum differunt. Sartophagum pro Sarcophagum Grut. p. 589. Mulcare, et multare, et alia huiuscemodi sunt apud latinos. Praeterea Italicum *cattivo* fortasse a Graecorum κακίων, et *malattia* a μαλακία, quo sensu legimus in Evangelio Matth. καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. C. IV. 23.

(22) τηλαριον σαβουρον - Telarium - » Eaque (Pallia) sectis quadratisque lignis munita, quae telaria vocant, ne rugosa aut sinuosa . . . . conspiciantur. Cerem. Episc. l. 1. c. 2. Ducang. T. 3. P. 2. pag. 550. σαβουρος pro vacuo id. Ducang. Glos. Gr. h. v. Quid sid vacuum hoc loco telarium nescio: an quia non esset desuper velarium, quo grabatus tegeretur?

(23) σάκκους λοινοῦ - σακκος haud est in graecis pro culcita, sed saccus pro eo lecti instrumento quod Galli Paillasse nos vero *saccone* vocamus haud dubium. « Sufficiat autem cuilibet unus saccus et unum capitale de plumis, quod duorum pedum longitudinem non excedat. » Regula ordin. Canon. S. Marci de Mantua, in regesto Alexandri IV.

PP. an. 7. ep. 24. ex Bibl. Regia. v. Duc. Glossar. Lat. T. 3. part. II. p. 10.

(24) κοπηρτηρια λοινου - certe sunt coopertoria. Coopertorium est stragulum quo lectus insternitur. Clare S. Bernardus » An non posset dormiri nisi supra varium stratum aut sub peregrino coopertorio ? » De vita et mor. Religiosor. c.10. Petrus Cluniacensis « Nil se habere non parva piorum, » eisque adherentium multitudo putabat, nisi ex pilosis il- » lis et condensis Numantinorum, hoc est, iuxta modernos, » Amorensium cattorum pellibus contexto multi pretii coo- » pertorio, lectus muniretur pariter et ornaretur. » in Statut. Cluniac. cap. 17. v. Ducang. Gloss. lat. h. v. p. 572. T. I. Pars secunda. Sed et in Pandectis memorantur coopertoria Tabiana. L. 34. T. 2. l. 38. §. 1. Ita Vegetius » Animal calidis coopertoriis involutum. » de Re Veter. III. 77.

(25) Μανδύλια. Graecis posterioribus χειρόμακτρον dicitur et μανδυλιον: περὶ τοῦ ἁγίου μανδυλίου. Synopsis Annal. Zonar. l. 16. n. 20. ubi Zonaras ἅγιον χειρόμακτρον habet. Ducang. suppl. ad Gloss. Graec. p.126. nec non μανδήλιον in Vita S. Nicol. Studitae pag. 913. et in Anon. Combefis. in Lacopeno n. 48. Conf. Ducang. Gloss. Lat. T. 2. part. 2. p. 218. Latinis est Mantelium, de quo Varro « Mantelium quasi manuterium, ubi manus terguntur. L. V. de Ling. Lat. seu mantile, ut in Virg. Georg. IV. 377. v. ibi Servium. Graeci dixerunt μαντειλας: ita Pollux λάσια δὲ ἐκάλουν τὰ μαλλοὺς ἔχοντα χειρόμακτρα, ὡς ἀπὸ τῆς δασύτητος. ὥστε οὐδὲν κωλύει τὰς ὀνομαζομένας μαντεῖλας καλεῖν οὕτω. onom. VII. 74. De χειρομάκτροις vid. Id. II. 150. et Rhodig. Antiq. Lect: VIII. 16. p. 305. XVI. 10. p. 599. et XXVIII. 1. p. 1063. adde Pittur. d' Ercol. T. III. p. 3. n. 15. e T. V. p. 372. n. 8.

(26) Λεβητας δυο μεγαλην και᾽ μικραν: est λεβης ahenum v. Steph. Thes. T. 2, p. 657. 658. Quod vasorum genus dictum est Caldara, sive Caldaria v. Ducang. Gloss. Lat. T. I. Pars II. p. 23. Italis Caldaia. Λέβης, σκευὸς μαγειρικόν. λέγεται δὲ καὶ κάδος. Phavor. in Lex. p. 333. b. v. Polluc. onom. L. IX. 68. et L. X. 66. 95. Illud vero μεγαλην και᾽ μικραν, mihi

in mentem revocat quod est in Pandectis de lance » maximam, minorem, minimam. L. 34. T. 2. l. 31.

(27) τηγάνιον pro τήγανον sartago vel patella. τήγανον, παρὰ τὸ τήκω τήκανον. καὶ μεταθέσει τοῦ κ εἰς γ, τήγανον. Phavorin. Lex. p. 499. a. τάγηνον, τοῦτο ἰωνικῶς τινες τιγανον λεγουσι: id. p. 490. b. Adde Etymologum. Pollux in onomastico: καὶ τάγηνον δέ, ἀλλὰ μὴν καὶ τήγανον ἔχοις ἂν εὑρεῖν εἰρημένον ἐν Εἵλωσιν Εὐπόλιδος, καὶ ἐν Τηλεκλείδου ἀψευδέσι, τὰ δὲ τήγανα ζέοντα σοι μολύνεται. ὑποφαῦλοι δε οἱ ἐν Ἱπποκόμῳ Μενάνδρου τηγανισμοί. τὸ μέν τοι ῥῆμα τὸ τηγανίζεσθαι ἔστιν. ἐν Ἀποκλειομένῃ Ποσιδίππου. καί τοι τόγε δρᾶμα Ἀριστοφάνους, ταγηνισται. Poll. L. X. 98. Videatur Hemsterhuis ad id loci, qui corrigit in Eupolide σίζοντα pro ζεοντα. Atticorum propria vox τάγηνον: ceterorum vero graecorum τήγανον. In comoedia nova vox τήγανον pervulgata, haud ita in veteri. Sed sunt qui differentiam inter τάγηνον et τήγανον videant τινὲς δέ τάγηνον φασὶ τὸ ἐν τηγάνῳ ἑψηθέν. Eust. ad Odys. T. p. 1862. quod et probat Hemsterhuis; nec minus τάγηνον in Glossis veteribus exponi *sartago*, *frixorium*, *satura* asserit. Dicitur et ἤγανον Anacreonti v. eumd. Eust. l. c. αἰὰ τοίνυν ἐκζεστά ἢ τηγάνιστα . . . . χρήσθωσαν. Mosch. περὶ γυν. παθ. cap. πς. v. et Paul. Aegin. L. I. c. 82. ἐκ ταγήνου ἰχθύς. Poll. VI. 49. ἐκ ταγήνου κρέας. ib. 53. Confer et Athen. Deipnos. IV. 69. 70. VI. 98. VII. 22. 23. VIII. 52. IX. 17. X. 20. 53. 65. et alibi.

(28) κρέμαστλον fortasse pro κρεμάστρα, « Pensile σκευασμα in quo reponuntur casei, panes, aut alia quae a » muribus aut aliorum maleficorum animalium iniuria tuta » esse volumus. » Steph. T. II. p. 419. A. κρεμαστρα ex Aristophane nominat Pollux onom. X. 157. sed in Aristophane est κρεμάθρα. Nub. fol. 71. et 105. κρεύη ξύλινα καὶ κρεμαστά Pollux X. 13. e Xenoph. Oecon. p. 665. edit. Basil. Guarin. κρεμάθρα ἐστὶ μετεωρόν τι σκεύασμα ἐν ᾧ ἐτίθεσαν τὰ περιττεύοντα ὄψα. Suidas h. v. Iisdem fere verbis Phavorinus κρεμάθρα ἐστι δὲ σκεῦος εἰς ὃ τὰ περιττεύοντα ὄψα εἰώθαμεν ἀποτίθεσθαι. ἄλλως παρεκύκλημα. Lex. p. 318. b. de hoc vase videatur Budaeus

com. L. Gr. p. 1038. 24. 43. In diplomate latino inedito anni MCCCXV. « Item legavit eidem Iacovo Camastram unam, sartaginem unam, et caldaram unam parvam. » Camastram idem ac κρεμαστλον, seu κρεμάστρα denotare suspicor. In tabulis Eugubinis Tab. V. Crematra. canistra v. Lanzi Sagg. di L. Etr. T. I. p. 316.

(29) κιβότον pro κιβωτον i. e. κιβωτὸς Arca, cista, capsa. Lignea erat arca κιβωτὸς λαρναξ ξυλίνη. Phavor. Lex p. 303. b. κιβωτος καὶ κίστη. διαφέρει. κιβωτὸς μὲν γὰρ ἐστιν ἡ ξυλίνη. διὸ καὶ ἀντίπηξ καλεῖται. κιστη δὲ ἡ πλεκτὴ Ammon. περὶ ὁμ. καὶ διαφ. λέξ. ξύλινον σορόν. τουτέστι κιβωτόν. Sch. Soph. ad Trach. v. 693. ad asservandas vestes habebatur Atheneus l. 3. de citria malo ὡς τι μέγα κειμήλιον ἀπετίθεντο ἐν τοῖς κιβωτοῖς μετὰ τῶν ἱματίων. de qua Plinius « Odore praecellit folio- » rum quoque, qui transit in vestes una conditus, arcetque » animalium noxia » L. XII. cap. 3. vide et Macrob. Saturn. L. 2. cap. 15. δοκεῖ δὲ καὶ περιπαττόμενον εἰς τὰς κιβωτοὺς ἄβρωτα τηρεῖν τὰ ιματια. Dioscor. l. 3. c. 26. de absinthio ita et Plinius « Vestibus insertum tineas arcet.» L. 27. cap. 7. in fin. Pollux memorans vestium ἀγγεῖα, κιβωτοὺς refert. Onom. VII. 79 et alibi ἵνα δὲ ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες Χηλοὶ, κιβωτοὶ, κιβώτια κ. τ. λ. X. 136. memorat Coel. Rhodig. Ant. Lect. L. 30. cap. 20. Vide et quae affert Mazoch. Spic. Bibl. T. I. p. 197-198. Sed et κιβωτὸς Dioni Hist. rom. L. XLVII. cap. 7. quem compares cum Appiano, idem narrante Bel. Civ. l. IV. cap. 44. est una ex iis arcis ferratis quas veteres habebant in atriis, quarum usum qua solet doctrina illustrat Claris. Eq. Fr. Avellin. Descriz. di una casa Pompei. p. 48. et seq. Nap. 1837.

(31) ὄντος pro οντος

(32) ἐνορία v. Membr. 2. not. 11. quae vox reperitur etiam in diplomate graeco a claris. Eq. Angelo Antonio Schotto, cum suis adnotationibus, edito. in Memorie della Reg. Accad. Ercol. Vol. I. p. 290.

(33) τοῦ ἁγίου Ι'ωάννου τοῦ κυρίου Μουλε; Una esse debuit ex paroeciis Castrovillari. Saepe in diplomatis Latinis de Domno Mule: vide subscription. Membr. II.

(34) φυου pro υἱοῦ; heic advertas velim quo pacto spiritus pronuntiabatur. Fia pro Filia in Latina Etruscorum inscriptione notat Lanzius Sag. di Ling. Etr.T. I. p. 172. n. 56.

(35) Αλβεδου Χωρας, qui locus esset rescire non potui.

(36) Λουτῆρος: λουτηρ est vas ad lavandum; fortasse ἐν τοποθεσίᾳ τοῦ Λουτῆρος valet quod *in loco Balnei*, ut in membranis Latinis se reperisse testatur Nicolaus Varcasia.

(37) χωρου - χῶρος est locus, praedium, fundus: quo sensu dicitur et χώριον. τῶν τοῦ Καίσαρος χωρίων et παρὰ τοῦ ταμείου χωρία. Dig. L. XIX. T. II. l. 49. v. et L. XXXI. l. 34. §. 1. σὺν ταῖς ἐνθήκαις χώρια. L. XXXII. l. 101. ἀγρὸν ἢ χωρίον. Nov. 166. χωρία praedia rustica. Nov. 168. ἐν τινι χωρίῳ κοίλῳ. Xiphil. eclog. p. 4. 6. edit. Steph. Saepe Pollux Onom. III. 85. sed χώριον pro vico Concil. VI. in Trul. Can. 63. p. 232. F. Bevereg. et Χωρία pro regionibus. Bals. ad Concil. Laod. Can. 57. p. 479. E De χώρῳ pro loco en tibi exempla quaedam ἔνθεν ὁ χῶρος Ιερός. Inde locus sacer. Call. H. in Iov. v. 11. οὐχ ἑνὶ χώρῳ - non uno in loco H. in Del. v. 192. v. et H. in Cer. v. 30. ἱερὸν χῶρον ἀνεστρέφετο. Sacro vagabatur in loco. H. in Lav. Pal. v. 76. κρυερὸν χῶρον ἀποφθιμένων. Theogn. sent. 708.

(38) κουρατηριας και του χωρου του αγιου Ιωαννου Κορυφυδατος. Certe paroecia, ac locus S. Ioannis ad Caput Aquae memoratur; Caput Aquae autem Κεφαλη του ὕδατος dicitur in Membr. IV. v. not. 8. Κορυφή est τὸ ἄκρον: hinc ὀνύχων Κορυφαί. Poll. onom. II. 146. Sed et τοῦ κρανίου κορυφὴ Aristot. Hist. An. L. I. c. 7. Adde Poll. onom. II. 39. Ideo κορυφὴ et κεφαλὴ inter se confusa: nam quae ὀρέων κορυφὴ vocatur, dicitur et κεφαλή. v. λέξεις τῆς ὀκταευχου ap. Fabric. Bibl. Graec. L. V. c. 40. p. 62. Ita Eustathius κορυφάς τε ὀρέων φασὶν ἐπὶ καὶ κεφαλάς, καὶ κροτάφους δέ. ἀφ' ὧν καὶ ποταμοὺς ἐστιν οὐ προρρέιν φασί. ad Il. B. p. 233. l. 26.

De *contrata*, quae Caput Aquae cognominata fuit eruditus Carolus Loccasus ita rescripsit. « Capo d'Acqua vulgo » Capiddacqua est *contrata* in *tenimento* Castrovillari mille » circiter passus ab urbe dissita, ac proxima Lagani, seu

» Lacani fonti, qui agros circum irrigat: erectum fuit ibi » templum quod non amplius extat. » Quod templum esse » sub S. Ioannis nomine me certiorem fecit Nicolaus Varcasia; quin et *contratam* S. Giovanni Capo d'Acqua adhuc nominari. In diplomatis saepe caput Aquae memoratur. In membrana an. 1380 est « in contrata Caput Aquae, iuxta » fluvium Caput Aquae ». De S. Ioanne ad Caput Aquae meminit de Meo Annal. ad an. 1114. n. XI. sed in episcopatu Marsico.

(40) ριζας αμπελοχωρου, est idem ac ριζας αμπέλου, de quibus v. Membr. IV. not. 7. αμπελοχωρος est quasi χωρος seu τοπος ἀμπέλου.

(41) ὤντος iterum pro οντος.

(42) τοποθεσία τοῦ ἁγίου Φιλίππου τοῦ ἀναχόρου: nec huius loci memoria extat.

(43) αιλεῶνος fortasse pro ἐλαιῶνος. ἐλαιὼν est olivetum, locus oleis consitus.

(44) ημεροδρυσι v. Membr. II. not. 13. Atque etiam animadverte ibi non de peculiari arbore mentionem fieri.

(45) ποταμος τοῦ ἐπισκοπίου - Episcopatus Cassani, qui XXII. oppida continebat, quorum proximum Castrovillaris. Ughell. Ital. Sacr. T. VIII. p. 342. Venet. MDCCXXI.

(46) ἀργοχώρου - ἄργος γὴ est terra inculta: ideo ἀργοχωρος videtur ἄργος χῶρος esse i. e. fundus incultus, ut supra αμπελοχωρος. n. 40.

(47) Λυτρωμη- quid sit τοποθεσία της λυτρωμης ignoro.

(48) ἔμμινον, pro ἔμμενον.

(49) στέργον; στεργω etiam ἐμμένω exponit Phavorinus Lex. p. 478. b. et acquiescere, contentus esse, ut in pacto Boemundi cum Alexio Imp. apud Annam Comnenam, L. 13. p. 410. καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ παρούσῃ συμφωνίᾳ ἐγγεγραμμένα στέργωσιν ἀκριβέστατα. v. Ducang. Gloss. Graec. p. 1440. extr.

(50) στοιχέμενα a στοιχέω quod est συμφωνῶ - Budaeus - v. not. 14. ad Membr. I. Pacisci convenire: exempla affert Cangius. Gloss. Graec. p. 1493.

(51) στοιχημασι - στοιχημα pactum: ut aperte Eustathius

» περιδώμεθον δὲ ἀντὶ τοῦ συνθώμεθα, συμφωνήσωμεν. καὶ ὡς οἱ πολλοί φασι, θῶμεν στοίχημα, et p. p. στοιχήματος γὰρ τέλος ἀπόπισις. ad Il. ↓. p. 1297. l. 42. et seq. vide Cang. v. στοιχεῖν et in suppl.

(52) βασιλικη κορτη. v. Membr. II. not. 22.

(53) αὐγουστάλια vide quae diximus in Graec. Dipl. ανεκ. not. 11.

(54) εἰς αἰῶνας - » Hic enim ita positum est *in saecu-* » *lum*, quia et in nonnullis Scripturae locis *in saeculum* » id est, quod Graece εἰς αἰῶνα dicitur *in aeternum* intel- » ligitur. » S. August. enarrat. in Psalm. CVI.

(55) Μηνι οκτωβρίου - Ita Iosephus in Hypomnestico: Fabric. Bib. Gr. L. V. c. XLI. p. 112.

(56) Indictio sexta v. Membr. II. n. 26.

(57) Annus ς↓ν... fortasse ς↓νζ, 6757. Aerae nostrae 1249.

(58) τἄνωτερα pro τὰ ἀνώτερα superiora, supra dicta.



IV.

A. MCCLV. M. DEC. IND. XIII.

+ Σιγνον χειρὸς Ρογερίου τῆς Σαγίης + Σιγνον χειρὸς Βηρδεράμης συνεύνου αὐτοῦ + Σιγνον χειρὸς Γουλιέλμου υἱοῦ αυτῆς + Σιγνον χειρὸς Γ'ωάννου υἱοῦ αὐτῆς + Σιγνον χειρος Ἰοσφρέδου υἱοῦ αὐτῆς.

+ Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς. καὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡμεῖς οἱ προγεγραμμένοι οἱ τὰ σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζοαποιοῦ ϛαυροῦ ἰδίαις ἡμῶν χερσὶν ἀνωτέρω πιέσαντες ([1]) τα δὲ ὀνόματα ἡμῶν καὶ τα ἐπανόματα γράφεντες διὰ χειρὸς του ταβουλαρίου τῇ παρούσῃ ἐγγράφᾳ ([2]). απλοὴν. ἀποχὴν. καὶ καθαρὴν διάπρασιν. ἐκτὸς βίης. ἀνάγκης. δόλου. νουθεσίας. καὶ παντὸς ἀποιγοριμένου ([3]) τρόπου τιθέμεθα καὶ ποιοῦμεν σοὶ Σερβαδ-

+ Signum manus Rogerii Sagiae filii + Signum manus Verderamae coniugis eius + Signum manus Gulielmi filii eius + Signum manus Ioannis eiusdem filii + Signum manus Iosphredi eiusdem filii.

+ In Nomine Patris et filii, et Spiritus S. Nos supra scripti, qui venerabilis salutarisque crucis signa nostris ipsi manibus fecimus, et quorum nomina, nec non cognomina sunt scripta manu tabularii: praesenti scriptura simplicem apocham, puramque venditionem nulla vi, necessitate, dolo, fraude cogente, nulloque modo illegitimo, facimus tibi Ser-

δέῳ. καὶ ἀπο σοῦ τοις σοῖς κληρονόμοις. καὶ διάδοχοις. καὶ παντίοις (4) παρὰ σοῦ διά κατόχην. δί ἧς ὁμολογοῦμεν δια του πάροντος ἐγγράφου (5) πιπράσκασθαί σοὶ Σερβαδδέῳ προρήθεντι κατὰ τελείαν νομὴν καὶ δεσπότειαν δίκαιον το ἡμέτερον ἄμπελον σὺν (6) τας μεροδενδρέας (7) ηγουν ρίζας ἀμπέλου τριάκοσίας δεκα. τόπερ ἄμπελον διαφέρεται ἐμοὶ Ρογερίῳ. ἐκ μητρικῆς κληρονομίας. ἐμῃ δὲ βηρδεραμῃ. ἐκ μέρους τοῦ ἀνδρος μου. ἡμῖν δε Γουλιέλμῳ. Ιωάννῃ. Ἰοσφρέδῳ. ἐκ πατρικῆς κληρονομίας. ἐςίν δὲ το ρηθὲν ἄμπελον. ἐν τῃ διάκρατήσει Κασροβίλλαρι ἐν τῃ τοποθεσίᾳ τῆς καιφαλῆς τοῦ ὕδατος (8). περιορίζεται δὲ τετραμερῶς οὕτως. ἀπο ἀνατολῆς. ἡ οδός. δυσεως το ἄμπελον τοῦ ρηγὸς (9). ἄρκτου το ἄμπελον τοῦ Ἰοσφρέδου [πουτατου (10)]. καὶ απο μεσημβρίας τὸ ἄμπελον τοῦ Ἰορδάνου Γούρτης. καὶ συγκλείει. τουτό ουν το συνοριασθὲν τετραμερῶς ἄμπελον οἷον καὶ ὅσον ἐςίν. καθάπερ ἐςὶν ἀνωτέρω ρεριμένον (11) συν εἰσόδῳ

vaddeo, et a te heredibus ac successoribus tuis, omnibusque a te causam habentibus, uti possideatis. Quo ipsi ita fatemur, praesenti scriptura vendere tibi Servaddeo praedicto, in perfectam possessionem iustumque dominium, nostram vineam, simulque vitium radices decem, et tercentas. Quae vinea delata est mihi Rogerio ex materna hereditate: mihi vero Verderamae ex parte mei viri; nobis autem Gulielmo, Ioanni, Iosphredo ex hereditate paterna. Sita est dicta vinea in *tenimento* Castrovillari, in loco qui Caput Aquae nuncupatur. Ex quatuor partibus vero finitur eo modo: ab Oriente via: ab occidente regis vinea: a Septentrione vinea Iosphredi (Putati); atque a meridie vinea Iordani Gurtes, quae claudit. Hanc ergo a quatuor partibus finitam vineam, quanta et qualis est, sicut est supra posita, cum aditu, et exitu vendimus tibi Servaddeo prae-

καὶ ἐξόδῳ αὐτοῦ πιπρασκομέν σοὶ Σερβαδδέῳ προρήθεντι. κατα τὴν ἀρεσκόυσαν καὶ συμφωνηθεῖσαν ἡμῖν τιμὴν ἤγουν ταρια ([12]) χρυσοῦ πεντίκοντα ἅπερ ταρια χρυσοῦ λαβοντες ἡμεῖς απο τῶν χειρῶν σου εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας πάσαν ἀγαγὴν του της μοννήτης ἀρυϑμοῦ καὶ τοῦ μὴ ςαθμαμενου Χρυσοῦ καταλειπόντες. εὔθυς ἐποιήσαμέν σοὶ Σερβαδδέῳ τὴν παρούσης τῆς διάπράσεως ἐγγράφαν. του ἀπο του νὺν. καὶ εἰς τὸ διήνεκὲς ἔχειν σοὶ το ρηθὲν ἄμπελον εἰς την σην ὑποταγὴν καὶ ἐξουσίαν πωλεῖν. χαρίζεσϑαι. ανταλλαττειν προιξιν υἱῶν καὶ ϑυγατέρων γράψασϑαι. καὶ ποιῆσαι αὐθεντικῶς ὡς τὸ κύρος ([13]) καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν εἰλῆφας. μὴ κολυόμενος παρά τινος των ἡμετέρων κληρονόμων. ἤτε τίς ξένου προσώπου. ζήτισιν ([14]). ἢ κίνισιν ἢ αγωγὴν τινὰ βουλόμενος ποιῆσαι κατα σοῦ. ἢ κατα τῶν κληρονόμων ἕνεκα τοῦ ρηθέντος αμπέλου. τοῦ ἵςασϑαι ἡμᾶς καὶ διέκδικᾶν ([15]) σὲ καὶ τους κληρονόμους. απο παντὸς ἐναντιουμένου

dicto, pretio, quod inter nos convenit, nobisque placet; id est tarenis auri quinquaginta. Quos auri tarenos nos ex manibus tuis in manus nostras accipientes omni actioni non numeratae pecuniae, et auri non ponderati renunciantes, statim fecimus tibi Servaddeo praesentis venditionis scripturam: ex hoc et in perpetuum: ut ipse dictam vineam habeas in dominio ac potestate; vendas: gratuito alienes: commutes: dotem filiorum filiarumque scribas; atque ita facias legitime quasi dominium ac potestatem a nobis acceperis a nemine impeditus sive heredum nostrorum, sive nostrum. Sin vero aliquo casu, aut tempore quis appareat ex heredibus nostris, aut aliqua tertia persona petitionem, iudicium, aut actionem aliquam intentare volens contra te aut contra tuos heredes, causa dictae vineae, nos in iudicio stare promittimus, et te tuosque heredes ab omni contraria

προσώπου. καὶ σὲ καὶ τους κληρονόμους. ἄζημιον διαφυλάττειν. εἰ δὲ καὶ τουτο οὐ ποιῶμεν ἀλλα μεταμέλοι γενόμεθα. ὅπερ οὐκ ηγούμεθα. ὁμολογοῦμεν τοῦ ζημιοῦσθαι ἡμᾶς δια της ρηγικῆς ([16]) κόρτης τοῦ αὐθέντου ἡμῶν ρηγὸς Κουρράδου ([17]). αὐγουστάλια τριάκοντα ϛ. καὶ πρὸς σὲ, ἢ πρὸς τους κληρονόμους το ρηθὲν τίμημα εἰς τὸ διπλοῦν. καὶ εἶθ' οὕτως. ἔσω ἀρραγὴ ([18]) καὶ ἀπαρασάλευτος ἡ παροῦσα τῆς διαπράσεως ἔγγραφα. μεχρι τέρματος αἰώνων. ἥτις ἐγγράφη δία χειρὸς Ιωάννου νοταρίου καὶ ρηγικοῦ ταβελλίωνος Καστροβίλλαρι. δία της ρηγικῆς κόρτης τοῦ αὐθέντου ἡμῶν ρηγὸς Κουρράδου δευτέρου ([19]). μῆνος δεκεμβρίου ([20]) της ινδικτιωνος ([21]) ιγ. ἔτυς ([22]) ‸ ϛ ξ γ παρουσίᾳ κριτου ρηγικοῦ καστροβίλλαρι. καὶ χρησαμένων ἀνθρώπον τῶν ὑπογραφέντων.

persona defendere atque incolumem tueri. Sin vero id minime fecerimus, sed nos poeniteat, quod haud ita fore putamus, promittimus multam pendere apud Regiam Curtim legitimi regis nostri Curradi, Augustalium triginta sex: etiamque tibi aut heredibus dictam multam in duplum promittimus. Atque ita sit inconcussa, et firma praesentis venditionis scriptura, in finem saeculorum. Quae exarata est manu Ioannis Notarii, ac Regii Castrovillari tabellionis. Apud regiam Curtim legitimi regis nostri Curradi Secundi. Mense decembri. Indictonis XIII anno 6763. praesentia iudicis regii Castrovillari, et testium subscriptorum.

— Ego Drogo filius Roberti qui supra terrae Castrovillari Iudex.

— Ego Rogerius de domno Drogone testor.

— Ego Guillemus de Alaymo puplicus ([23]) Notarius terrae Castrovillari testor.

— Ego Leo de tabulario testis sum.

ADNOTATIONES



(1) πισσαντες pro ποιησαντες.

(2) ἐγγραφὴ Inscriptio: adnotat Henr. Stephanus Thesaur. Ind. p. 799. Litis intentio, seu libellus iudicii; Pollux Onomas. L. VIII. 29. edit. Hemsterh. quo sensu etiam γραφη. Xenoph. ἀπομν. L. I. init. pro simplici scriptura hoc loco εἰ' μη' .... καταθῆται δι' ἐγγραφῆς; nisi in scriptis deposuerit. Balsam. ad Concil. VII. Oecum. Can. XVII. Bevereg. Synod. T. I. p. 320. D. eodem modo idem Balsam. ad Concil. VI. in Trullo Can. LXXVII. p. 248. A. ἔγγραφον scriptum. Idem Bals. ad Concil. VII. Oecum. Can. XIX. p. 324. B. At ἔγγραφον Pactum in Chartas redactum, vel securitas scripto data: Ducang. h. v. p. 342. hoc loco ἐγγραφὴ est scriptura.

(3) ἀποιγοριμένου, vel ut est in membrana II. ἀπηγοριμένου τρόπου. Certe pro ἀπηγορευμένου usurpatur. Α'παγορεύω est prohibeo Polluc. Onomast. II. 127. 128. Hemsterh. Ita ἂν τὰ πλεῖστα καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις ἀπηγόρευται Plutarch. in Solon. p. 90. C. Francof. MDCXX. ἀλλ' ἀπηγόρευτο κατὰ δή τινα νόμον παλαιόν. Id. in Fab. p. 175. F. Huius vocis exempla sunt ex Pandectis καὶ γὰρ ἀπαγορεύομεν ἐκείνοις τὸ λοιπὸν χρῆσθαι. Praef. III. §. 19. vide et §. 20 et 21: et L. XLIX. T. I. l. 25. ἀπαγορευτικὸν δὲ ἂν ὁ ποιητέων Chrysippus apud Marcianum Dig. L. I. T. III. l. 2. videatur et Phavorinus v. ἀπαγορεύω p. 63. a. pr. edit. ἀπηγόρευται γὰρ ἀυτοῖς θυσίαν προσάγειν. Zonar. ad SS. Apost. Can. 64. Bever. T. I. p. 42. A. ἀπηγόρευσαν οἱ πατέρες ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων καπηλεῖα συνιστᾶν. Id. ad Concil. VI. in Trul. Can. LXXVI. p. 247. B. Sed clarius ipse Phavorinus exponit

ἀπηγορευμένα, ἄνομα. p. 67. b. i. e. lege vetita, illegitima. τρόπον pro *modo* et *forma*, etiam in legalibus τῶν interdictων τε τρόπον. Praefat. III. Dig. §. 7. et paullo post ἐνοχων τε καὶ ἀγωγῶν τρόπον. Ex his quae diximus satis elucet ἐκτὸς ἀπηγορευμένου τρόπου denotare *nullo modo illegitimo*; eo plane pacto quo in iisdem Pandectis legimus ὃν μὴ ἐχρῆν τρόπον. L. XXVII. T. I. l. 13. §. 12.

(4) παντίαις pro πᾶσιν; vel παντοίοις quod et in altera membrana quam paullo ante produximus.

(5) ἐγγράφον v. supra nota (2).

(6) σὺν absolute et adverbialiter adiuncto δὲ aut καὶ pro pariter, una, simul. κακόεργα φαλάγγια, σὺν καὶ ἀνίγρους Ἑρπηστὰς ἐχιάστε. Nicandr. Theriac. v. 8. Σὺν, ξὺν. ἅμα. ὁμοῦ. Phavorin. Lex. p. 485. b. Non est huc revocandum Homericum illud σύν τε δύ' ἐρχομένω Il. κ. 224. nam ibi est in compositione σύνδυο: cum numeralibus enim *simul* significare ex Odyss. ξ. 98. et Plat. Hip. Mai. p. 8. T. XI. recte colligit Matthiae Gram. Graec. §. 141. Osserv. 2. T. I. p. 225. Torino 1823.

(7) μεροδενδρέας ἤγουν ῥίζας ἀμπέλου. Huius vocis significationem plane aperit Phavorinus his verbis Μηρὸς., τόπος ἀμπέλου, καὶ ξύλον h. v. p. 360. b. Iisdem fere verbis Hesychius. Ideoque corrigendum censeo μηροδενδρέας, arbores vitium. Memorantur in Pandect. Vitium Stirpes atque radices L. XXXII. l. 55. §. 4.

(8) Καιφαλη του ὕδατος. vide quae diximus in membrana III. not. (39.) quae tamen errore (38) signatur pag. 44.

(9) Ρηγός: Ρὴξ loco τοῦ βασιλέως Duc. in v. Ρήξ.

(10) Πουτατου Nomen fortasse viri.

(11) ρεριμενον. Quod ad derivationem attinet certe a ῥίπτω deducitur, cuius est praeteritum ῥέριφα pro ἔῤῥιφα: passive ῥέριμμαι pro ἔῤῥιμμαι. v. annotat. ad Clenard. Graec. Ling. Inst. p. 141. 11. edit. Francofurd. MDXC. Quod ad significationem spectat « Ρίπτειν pro *Ponere*, non semel usurpat Moschion de Morbis Mulierum ». Ducangius h. v. nec plura addit; nos autem quae sequuntur exempla adducere melius existi-

mamus. Ῥίπτοντες αὐτὴν ὑπτίαν ἐν τῷ κραβάττῳ cap. μϑ. ῥιφήτω ἐν τῇ κλίνῃ. cap. νε. His duobus tantum locis ea voce utitur Moschion περὶ γυναικ. παϑ. Corradus Gesnerus in Annotationibus Ῥίπτειν pro eo quod est *ponere* simpliciter p. 54. Sed et Stephanus animadvertit a veteribus ῥίπτειν loco τοῦ *prosternere* adhiberi; his verbis « Ceterum ut ad exempla si» gnificationis, seu significationum verbi huius redeam, » sciendum est posse reddi ῥίπτειν seu ῥιπτεῖν et verbo pro» sternere: ut apud Herodianum ῥίπτειν εἰς γῆν prosternere » humi. Ubi tamen et verbum proiicere retinere possumus. » Thes. L. G. T. III. p. 710. Ac, ut verum fatear, hoc ipsum in Moschione notaveram: verbum ῥίπτειν significationis vim minuisse, at non omnino mutasse: nam et *lectulo iniicere* recte diceretur: quod verbum haud plane respondet τῷ reponere; ut in eo Virgilii « Tum membra toro defleta reponunt » Aen. VII. 221. Verum in hac nostra membrana, ita significationis vis minuitur, ut penitus commutari videatur: nam et positum tam aperte denotat ac si diceret καϑάπερ ἐστὶν ἀνωτέρω τεθειμένον. Sed et ῥίπτειν est etiam coniicere, urgere non modo res, sed et personas. εἶτα πάλιν ἐνταῦϑα εἰς ἕτερον οἶκον ῥίπτεται. Cebet. Tabula Cum Epict. p.72. edit. Amstel. 1750. Wetsten.

(12) Vide excursum de tarenis auri.

(13) κῦρος plena auctoritas, auctoritas — Budaeus. κῦρος ἡ ἐξουσία Phavor. h. v. p. 326. b. Hoc loco est dominium ut κυριότης: πρὸς τὴν ἀσφαλῆ τῶν τοιούτων ἀκινήτων δεσποτείαν, κατοχήν τε καὶ κυριότητα γενέσϑαι Balsam. ad Concil. VII. Oec. Can. XII. Bever. T. I. p. 311. A. τὸ κῦρος est etiam caput, seu fundamentum alicuius rei; ut in eo Xiphilini τὸ κῦρος τῆς μουσικῆς. εκλογ. p. 7. C. edit. Steph: et κυρος pro vi atque potentia τὸ τῆς εἱμαρμένης κῦρος. Eustath. ad Il. δ. p. 331. l. 8. Basil. MDLX.

(14) ζητισιν. κινισιν pro ζήτησιν, κινησιν. Ζήτησισ', Pand. L. XXVII. T. I. l. 2. §. 6.

(15) διακδικᾷν Budaeus Comment. Gr. L. p. 100.

(16) Ῥηγικῆς κόρτης. Ῥηγικὸς regalis. Duc. v. ῥήξ. p. 1294.

(17) κουρραδου v. n. (19) quae sequitur.

(18) ἀρραγη - legendum ἀῤῥαγὴς, quae frangi non potest: τεῖχος ἀῤῥαγὲς Schol. Sophocl. ad Trachin. v. 148.

(19) κουρραδου δευτερου. Conradus I. Lavelli moritur an. MCCLIV. mense Maio die XXVII. vel XXII. vel denique XXI. ut varie narrant historici. Decipitur certe cum quibusdam aliis Summontius qui Conradi mortem ad annum MCCLIII. refert. In membrana inedita, quam a se diligenter exscriptam ad me misit humanissimus Nicolaus Varcasia, anno MCCLVII. Mense Aprili exarata, Conradus Secundus, eiusdemque tertius regni annus memoratur. Quod fieri certe non posset si Conradus Primus an. MCCLIII decessisset. Diem supremum hic obiens Neapolis regnum Conrado secundo, h. e. Corradino reliquit; eique Bertoldum Hohenburgii Marchionem, Balium, ut appellant, constituit; qui cum tanti non esset ut id muneris sustineret, Manfredus Baliatum suscepit, atque fidei iusiurandum exegit. Is pro Corradino regnum habuit, donec artibus suis, quibus pollebat, an. MCCLVIII mense Augusti, posteaquam Corradini mortem iactasset, Neapolis ipse rex est coronatus. Quid in suo octo circiter annorum regno gesserit, non est hic memorandi locus. Id tantum animadverto: cum ab Urbano Pontifice IV ad Neapolis gubernaculum Carolus Andegavensis vocatus fuisset, Manfredum insigni apud Beneventum praelio an. MCCLXVI. fuisse profligatum: quo anno victor Carolus imperii insignia solemniter sumsit. Corradinus XV, plus minus, aetatis annum agens, sibi regis nomen vindicavit, in Italiamque anno MCCLXVII. pervenit. Ubi postquam, ad solium recuperandum, multa molitus est, modo victus, modo victor variante fortuna, tandem ad Asturam an. MCCLXVIII. magis militari fraude, quam vi fusus captusque fuit. Inaudita barbarie regis contra regem saevientis, ei caput abscissum. Infelix iuvenis, cum iam in eo esset ut immerito supplicio dederetur, Petrum Aragonensem sibi in regno successorem adoptavit. Mater moerentissima S. Virginis Montis Carmeli templum aedificandum curavit, ubi nati ossa condidit,

quicum Sueviae clarum hucusque nomen extinctum est. Quod ad illius ortum attinet, alii in alias sententias iverunt. Sunt qui Conradi nepotem, qui filium ex Bavarica Elisabetha susceptum, fuisse tradunt. Haec proxima opinio superiori praestare videtur. Videatur Tom. di Catan. Perg. T. I. p. 20-30. Chron. Sues. Perg. T. I. p. 54-57. Cron. Sic. Perg. T. I. p. 90. Diar. Anon. Perg. T. I. p. 109. Ioan. Bariol. Perg. T. I. p. 309. 310. Append. ad Anton. Carac. Chron. Antiquat. Perg. T. II. p. 124. Michael Ferni Perg. T. III. p. 146-148. Nicolaus de Iamsilla Murator. Rerum Ital. T. VIII. Blondus L. 2. Dec. 8. Boethius a Rainaldo St. 1-138. ap. Murator. Antiq. Ital. Med. Aev. T. VI. p. 535. consulatur et Antinorius Praef. ad Boeth. ib. p. 516. c. IV. Fazellus L. 2. Dec. 8. Benvenutus Imol. ad Dant. Purg. c. II. apud Murator. Antiqu. Ital. Med. Aevi T. I. p. 1150. in fine et seq. nec non ad Inf: XXVIII. 13. Ibid. p. 1115. et ad Purg. XX. 67. p. 1216. Macchiavellius Istor. Fior. L. II. ad an. 1267. Angelo di Costanzo Istor. di Nap. L. I. Summonte L. 3. c. 8-9. e L. 4. c. 1. Capaccio il Forest. Giorn. 2. p. mihi 174-180. Capecelatro Istor. della Città e Reg. di Napoli T. II. Nap. 1724. Giannone Stor. Civ. L. XVIII. c. 2-4. e L. XIX. c. 1-4. Heiss Hist. de l'Empire T. I. 174. e 179-180. ac praesertim Murator. Annal. d' Ital. ad hos an. Cassetta Stor. del Regn. di Nap. L. IV. c. 4. et 5. De Cesare Stor. di Manfredi L. III. et VII. et doctissimus liber Claris. Ducis Luynes; cui titulus Commentair. Sur Mat. Spinel. Paris 1839. §. 8. p. 134. 229. 232. et Introduct. p. XL. Corradi secundi fit mentio ab Auctore Chronici Suessani his verbis « De mense Iunii civitas Suessae rediit ad mandatum » dicti Domini regis Corradi Secundi, cuius Baliatum ge- » rebat . . . . . Dominus Manfredus Princeps Tarentinus, » qui gessit Balium in regno dicti sui Nepotis usque ad fe- » stum S. Laurentii. Perg. T. I. pag. 54. adde Chr. Cav. Perg. T. IV. p. 149. Saepe etiam diplomata Corradi II. regnantis meminerunt. Hi sunt autem Manfredi tituli, cum esset Balius « Manfredus Divi Augusti Imperatoris Friderici filius, » Dei et sui gratia Princeps Tarentinus, in Italia, et spe-

» cialiter in Regno Siciliae illustris Regis Conradi Balius
» Pirri Sicil. Sacr. T. I. fol. 147. et 148. In contractu » In no-
» mine etc. anno ab incarnatione eiusdem millesimo ducen-
» tesimo quinquagesimo octavo. Regnante Domino nostro
» Conrado secundo Dei gratia illustri Romanorum Hierusa-
» lem et Siciliae rege, ac Duce Sueviae anno quinto. Ba-
» liatus vero domini nostri Manfredi Divi Augusti impera-
» toris Frederici filii Dei gratia Principis Tarentini, et ho-
» noris Montis S. Angeli domini anno octavo feliciter amen.
Arca G. fascic. 7. n. II. Arch. della Zec. et heic nota: anno octavo, nam Pater Fridericus ei baliatum testamento concesserat v. De Cesare Stor. di Manfr. p. 6. et 118. T. I. In alio contractu regis Manfredi fit mentio. « In nomine etc. Anno
» ab Incarnatione eius millesimo ducentesimo sexagesimo.
» Regnante domino nostro Manfrido semper Augusto Siciliae
» magnifico rege anno tertio, et eius dominationis civitatis
» Neapolis anno tertio, die nona mensis Decembris Ind.
» quarta, Neapoli » apud Chiarit. Com. Istor. Crit. Diplom. Sulla Costituz. De instrum. Conficiendis per Curiales dell' Imperat. Feder. II. Nap. 1772. p. 63. A Nicolao de Iamsilla numos sub Conradi II nomine cusos fuisse scimus. Biblioth. Sicula Carusi T. II. fol. 725. et Murator. Rer. Ital. vol. VIII col. 549. lit. B. Imo eos vidit Antonius Chiarito hac epigraphe: CVR in medio, et SECVNDVS REX circum: ex alia parte crucis effigies et circum IERL. ET SICIL. Vi. op. cit. p. 63-64. Tres numos etiam edidit Ianuarius Chiarito Esame di tre pergamene p. XXXVIII. quos inter est is quem nuper retulimus; ceteros duo apud me habeo. Sed duorum quoque numorum, qui sunt inediti, cum ἐκτυπα mihi dederit Clariss. Salvator Fusco omnes in apposita tabella simul lectorum oculis obiicere operae praetium putavi. Ineditos dixi; nescio vero utrum ediderit Theophilus Friedlaender in opere, quod Berolini prodiit an. 1836. cui titulus *Numismata medii Aevi inedita:* huius enim operis mihi copia non fuit: hoc tantum scio Corradi II quoque numos ἀνεκδότους ibi afferri. Conf. Revue Numismatiq. An. 1838. p. 146-

147. Occurrit etiam Corradi II. nomen in volumine Eclanensi eo modo « Serenissimi regis Choradi Secundi, et excellentissimi Domini nostri Malfridi principis Taranti. » Quod in Actis Academiae Pontanianae prodiit, adnotante Claris. Guarinio v. T. I. p. 105.

(20) Δεκεμβρίου. December μεσοῦντος μάλιστα τοῦ τελευταιου μηνὸς ὂν Δεκέμβριον Ῥωμαῖοι καλουσι. Procop. l. 2. de bello Vandal. c. 3. extr. Δεκέμβριον μῆνα τῆς ε' ἰνδικτιῶνος. Bals. ad Concil. VII. Oec. Can. XIX. p. 323. E. Ita Iosephus in Hypomnestico menses numerans apud Fabric. Bibl. Graec. L. V. c. XLI. p. 112.

(21) Ἰνδικτιῶνος. Ἰνδικτίων τοῦτ' ἔστιν Ἰνακτίων ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. διὰ τοῦτο ἄρχεται μὲν Ἰνδικτίων ἀπὸ πρώτης, καὶ καταλήγει μέχρι ιε'. καὶ πάλιν ὑποστρέφει καὶ ἄρχεται ἀπὸ τῆς πρώτης, διὰ τὸ τὸν Ἀντώνιον συνάρχοντα γενέσθαι Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι μέχρι τοῦ ιε' χρόνου. μετα ταυτα ἐκράτησεν Αὔγουστος. Ita Hesych. vir illustris apud Porphyr. L. 2. de Themat. L. 2. c. 8. Rideas licet hanc derivationem.


Indictio XIII. anno MCCLV. ut etiam Muratorius Annal. d'Ital. h. a. Sed nostrae Membranae Indictio Kalendis Ianuariis signari debuit: quod etiam usitatum; ut animadverterunt Mabillonius de R. D. Cap. 25. n. 7. Murator. Antiquit. Ital. Med. Aevi Dissert. XXXIV. T. III. p. 48. Zaccaria Istituz. Antiquario-Lapid. L. I. c. 1. p. mihi 15. Nec nos movet Claris. de Meo auctoritas, qui id negat; adque tempora nobis viciniora Indictiones kalendis Ianuariis signatas referendas existimat. Appar. Cronol. Cap. I. Art. V. §. 2.


Potuit etiam signari sive V. Kal. Ianuarias; quod fieri solere Doctus Luynes op. cit. Introduct. p. XX. asserit: aut denique V. Kal. Aprilis v. de Meo c. 1. Art. 1. et Art de verifier les dates T. I. p. 9. nouvelle edit.

(22) Ἔτει ϛψξγ 6763 qui respondet anno a Christo nato 1255.


(23) Puplicus pro Publicus: satis nota literarum mutatio.









Ex Chiarito







Vin.° Avellino dis:

GRAECUM DIPLOMA ἀνέκδοτον

NUNC PRIMUM

EX ARCHIVO CASTROVILLARIS PROLATUM NOTISQUE ILLUSTRATUM

CUI ACCEDIT

EXCURSUS DE AURI TARENIS

NEC NON

ALTERUM DIPLOMA LATINE CONSCRIPTUM
EX EODEM ARCHIVO PRODUCTUM

A

IULIO MINERVINIO

Editio secunda correctior.

✝ Σιγνον χειρὸς (1) Ε'μμης γυνὴ (a) (sic) τοῦ ἀποιχομένου Ἰωάννου Γαλλόνε.

✝ Σιγνον χειρὸς Νικολάου υἱοῦ αὐτῆς.

✝ Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς. καὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἡμεῖς οἱ προγεγραμμένοι τα σίγνα τοῦ τιμίου. καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. οἰκείαις ἡμῶν χερσὶν ἀνωτέρω ποιήσαντες. τα δὲ ὀνόματα ἡμῶν καὶ ἐπωνόματα. γραφέντες διὰ χειρὸς τοῦ ταυουλλαρίου (2). τὴν παροῦσαν ἔγγραφαν. ἁπλόην ἀποχὴν (b). καὶ καθαρὴν διάπρασιν. τιθέμεθα. καὶ ποιοῦμεν. σοῖ Τομασίῳ Γυναίσι. καὶ τοις κληρονόμοις σου. καὶ διαδόχοις. καὶ παντίοις (c) (sic) σου

✝ Crucis signum Emmae uxoris defuncti Ioannis Gallone.

✝ Crucis signum Nicolai filii eius.

✝ In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, venerabilis, salutarisque crucis signa, nostris ipsi manibus antea facientes, et nostra nomina nec non cognomina scribentes manu tabularii, praesenti scriptura simplicem apocham, puramque venditionem facimus tibi Thomae Gynesi, et heredibus tuis, omnibnsque successoribus tuis, ùt possideatis.

(a) Lege γυναικος.

(b) ἀποχή · *acceptatio*, *acceptilatio* notat Ducang. Quamvis notare scripturam apud Graecos satis cognitum v. Heinec. Inst. L. 3. T. XXII. et quae observat ad §. 863 qui ius Neapolitanum subnectit.

(c) παντίοις, certe pro πᾶσιν, vel παντοίοις.

διὰ κατόχην. δι' ἧς ἐν ἀληθείᾳ. καὶ εὐθύτητι ὁμολογοῦμεν. ἀπεντευθεν (d) ἤδη. πιπρασασθαί σοι Τομασιῳ Γυναίσι. καὶ τοις κληρονόμοις σου. κατὰ τελείαν νομὴν καὶ δεσποτείαν δίκαιον. τὸν ημέτερον ἄμπελον. τὸ ὅπερ ἔχομεν ἐν τῇ διακρατήσει (e) τοῦ ἄστεως νέου (3) Σουευάνων. ἐν τη τοποθεσιᾳ του [συφαιου] (f) (4) τὸ ὅπερ ἄμπελον διαφερεται ἡμῖν ἐκ του ἀνταλλαγματος. περιορίζεται δὲ τετραμερῶς οὕτως. τὸ προρηθὲν ἄμπελον. ἀπο ἀνατολῆς. τὸ ἄμπελον τοῦ [Ἀντωνιυ Βαλδο λεχθεντος]. δυσεως δὲ ἡ ὁδὸς. ἀρκτίου δὲ ὁμοίως ἡ ὁδὸς. καὶ ἀπο μεσημβρίας. τὸ ἄμπελον τοῦ Τομασίυ Γυναίσι. τὸ ὅπερ διάφερεται αὐτῷ ἐκ μέρους τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. καὶ συγκλέει. Τοῦτο οὖν τὸ συνοριασθὲν τετραμερῶς ἄμπελον. ὅσον καὶ οἷον ἐστὶν. συν εἰσόδῳ καὶ ἐξόδῳ αὐτοῦ. πιπράσκομεν σοι Τομάσι. καὶ τοις κληρονόμοις σου. εἰς την ἀναμηταξὺ (g)

Ex quo vere ac recte promittimus iam nunc vendere tibi Thomae Gynaesi, heredibusque tuis ac in perfectam possessionem, iustumque dominium tradere nostram vineam quam habemus in *tenimento* castri novi Suevorum [in loco Syphei]; quae vinea nobis delata est ex conventione. Dictam vineam vero finiunt latera eo modo. Ab oriente vinea Antonii Baldo (fortasse); ab occidente via: a septentrione similiter via; atque a meridie vinea Thomae Gynaesi: quae delata est illi ex parte uxoris ipsius: et claudit.

Hanc ergo eo modo finitam vineam quanta, et qualis est, cum aditu, et exitu, vendimus tibi Thoma, et heredibus tuis, pretio, quod inter nos convenit, nobisque pla-

(d) *ἀπέντευθεν* pro *παραντίκα* Duc. V. Bals. ad Concil. VII. Oecum. can. 19. p. 323. A. Bevereg.

(e) *διακρατήσει* eodem modo quo *διακράτημα* adhibetur. Verti in *tenimento* ut verbo uterer tum saepissime usurpato.

(f) *συφαιου* - uncis inclusi, nam adhuc dubia mihi haec vox est in diplomate.

(g) *ἀναμηταξὺ* pro *μεταξὺ*. Proprius modus est *τὶ μετὰ τίνων συμ-*

ἡμῶν συμφωνηθεῖσαν. καὶ ἀρέσκουσαν ἡμῖν τιμὴν. ταρια (5) χρυσου δεκαδύω. ἅπερ ταρία χρυσοῦ. λάυοντες ἡμεῖς ἀπο τῶν χειρων σου. εἰς τὰς ἡμέτερας χεῖρας. πάσαν ἀγωγὴν. (6) τοῦ της μονήτης (b) ἀρυϑμοῦ. καὶ τοῦ μὴ σταϑμωμένου χρυσοῦ. δικαίον τε καὶ νόμον. καὶ πᾶσας διάτάξεις. (7) καὶ πᾶσας δεδοκιμασμένας συνήθειας. καταλειπόντες. οἷα τινι ἡμῶν συντρέχειν ἐν τούτῳ δυνήσουσιν. ἔυθυς. ἐποιήσαμεν σοι Τομάσι Γυναίσι. καὶ τοις κληρονόμοις σου τὴν παροῦσαν τῆς διαπράσεως ἐγγράφαν. τοῦ ἀπὸ του νῦν καὶ εἰς τὸ διήνεκὲς. ἔχειν σεαυτον τὸ προρηθὲν ἄμπελον εἰς τὴν σὴν ὑποταγὴν. και ἐξουσίαν. πωλεῖν. (8) χαρίζειν ἀνταλλάττειν. προιξὶν (i) υἱῶν καὶ ϑυγατρων γράψασϑαι. καὶ ποιῆσαι ἀυθεντικῶς ὡσ την ἐξουσίαν καὶ δεσπότειαν παρ' ἡμων εἴληφως. μὴ κολυόμενος παρα τίνος. εἰ δὲ ποτε καιρῷ. ἢ χρόνῳ. ἐπιφανεῖ τίς των κληρονόμων

cet, tarenis auri duodecim. Quos auri tarenos nos ex manibus tuis in manus nostras accipientes, omni actioni non numeratae pecuniae, et auri non ponderati; iuri ac legi, omnibusque constitutionibus; et omnibus probatis consuetudinibus renunciantes: quae res nobis in hoc possunt auxiliari; statim fecimus, tibi, Thomae Gynaesi, et heredibus tuis hanc praesentis venditionis scripturam; ex hoc et in perpetuum: ut ipse dictam vineam habeas in dominio, ac potestate: vendas; gratuito alienes: dotem filiorum, filiarumque scribas: et ipse facias quasi dominium, ac potestatem a nobis acceperis, a nemine impeditus. Sin vero aliquo casu, aut tempore, quis appareat ex heredibus no-

---

φωνεῖσθαι: sed κατ' ἀναλογίαν superius dici potuisse existimo. Aliter Polybius δι' αὐτῶν σύμφωνοι γίνεσθαι περὶ τίνος. Hist. XVII. c. XI. 5. edit. Schweigh.

(b) μονήτη - ita *pecunia* appellata fuit; quin et μονιτα. v.Duc. h.v.

(i) προίξιν male pro προῖκα, a recto προῖξ - ita saepe in aliis membranis, excepta tertia, ubi hoc vocabulum recte declinatur.

ἡμων . ἤτε τις ξένου προσώπου . ζητισιν . (1) ἤ κίνισιν . ἤ ἀγωγὴν τινὰ βουλόμενος ποιῆσαι κατὰ σοῦ . ἤ κατὰ των σων κληρονόμων . τοῦ ἱςασθαι ἡμᾶς . καὶ διἐκδικᾶν (m) σέαυτον ἀπο παντὸς ἐναντιουμένου προσώπου . καὶ σὲ ἀζήμιον διάφυλάττειν . εἰ δὲ καὶ τουτο οὐ ποιοῦμεν . ἀλλα μεταμέλοι γενόμεθα ὅπερ οὐκ ἡγούμεθα . ὁμολογοῦμεν τοῦ ζημίουσθαι ἡμας δὶ αὐτῆς υασιλείας κόρτης . (9) τοῦ αὐθέντου ἡμων βασίλεως . αὐγουςάλια (10) τριάκοντα ς . καὶ εἰθ᾽ οὕτως ἔσω ἀῤῥαγὴς . καὶ ἀπαρασάλευτος (n) ἡ παροῦσα διἄπρασις . μετα τερμά των αἰωνων . καὶ πρὸς σὲ τομασίῳ . τὸ τίμημα (11) εἰς τὸ δυπλοῦν ὁμοίως . ἥτις ἔγγραφη . διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου νοταρίου . (12) καὶ ταβουλλαρίου . ἄςεως νέου Σουευάνων ἤγουν Καςρουίλλαρι . (13) δὶ αὐτῆς υασιλείας κόρτης . τοῦ αὐθέντου ἡμων

stris, aut aliqua tertia persona petitionem, iudicium, aut actionem aliquam intentare volens contra te, aut contra tuos heredes: nos in iudicio stare (promittimus) et te ab omni contraria persona defendere, et incolumem tueri. Sin vero id minime fecerimus, sed nos poeniteat, quod haud ita fore putamus, promittimus mulctam solvere apud hanc Regiam Curtim regis nostri augustalium sex et triginta. Atque ut ita sit inconcussa, et ineluctabilis praesens venditio in finem saeculorum, etiam tibi (promittimus) Thoma damnum in duplum. Quae scriptura (exarata est) manu mei Ioannis Notarii, et Tabularii Civitatis novae Suevorum h. e. Castruvillari. Apud eamdem Regiam Curtim ipsius Regis nostri Friderici Mense Augusti: tertiae indictionis: anno 6753 praesentia Iudicis, et hominum subscriptorum.

(l) ι pro η usurpari solitum.

κίνησις - quasi ἀγώγη: ita κίνησις τῆς ὑποθησίως apud Ducang. v. ἀγώγη.

(m) διεκδικᾶν, defendere, et condicere, pro διεκδίκειν.

(n) ἀσάλευτος quoque usitatum est; sed et ἀπαρασάλευτος, adhibet Bals. ad Conc. VII. Oec. Can. XII. p. 308. A

βασίλεως φρεδδερρίκου ([14]) Μηνι Αὐγούϛου . ειυδικτιωνος τριτης . ([15]) ἔτους ([16]) (o) ϛ ⸸ υγ παρουσία κριτου . ([17]) και χρησαμενων (p) ἀνθρώπων.

Ego . . . . Mule de lato terrae Castrovillari Iudex
Ego . . . . . : . . . . diaconus interfui et subscripsi
Ego Guillemus Grecus testis sum.

(o) ϛ haec forma τοῦ Vau episemi, similis est ei quam, inter plurimas, refert Eckhelius. Doctr. Num. Vet. T. IV c. XX. Sect. I. et Spanhemius de Praest. et Usu Num. T. I. p. 103.

(p) χρήσασθαι est manu designare, ut ex Eustathio Ducang. h. v.

ADNOTATIONES



(1) Σιγνον χειρος Crucis signum v. Ducang. Glossar. v. σιγνον. 1366. Certe cum nec Emma, nec filius scribere scirent, signum Crucis propria manu fecerunt, quod pro nomine valuit. Idque in huiusmodi contractibus fieri solere ex temporum ignorantia colligimus, nec non ex contractu latine conscripto, quem subiecimus: in quo et contrahentes et testes, pro nominibus crucis signum delineant: nomina vero scripta esse a notario ex eo infertur, quod unus character sit. Etiam ante id temporis testes qui scribendi ignari non essent propria manu subsignabant, nullo crucis signo adhibito, contra ac qui scribendi inscitia laborarent v. Ducang. Glos. Gr. v. σταυρος. p. 1435. et Chiarito Esame di tre pergamene p. 14. et seq. Exempla sunt apud Maffeium Stor. Diplom. Oper. Venet. MDCCXC. T. 21. p. 238. 251. 283. et Muratorium Antiq. Ital. Med. Aev. passim. Videatur quoque Mabillon. de R. D. L. IV. c. 22.

(2) Ταβουλλαριου. ταβουλαριος, et ταβουλλαριος utroque modo scribi advertit Ducang. h. v. ὁ ταβουλάριος ὁ λογόγραφος. Scholiastes Basilicorum ad l. 60. t. 9. De his tabulariis sive scribis confer Montfauconium Pal. Graec. c. v. p. 34. et seq. et Muratorium Dissert. Sulle Ant. Ital. XII. T. 1. p. 92. latiusque in Antiq. Ital. Med. Aev. adde Mabillonium De Re Dipl. L. II. c. 13.

(3) Vide quae dicam infra ad vocem καστρουιλλαρι.

(4) Confer infra quae observo ad καστρουιλλαρι.

(5) Vide Excursum de tarenis auri post adnotationes.

(6) Huc referenda est formula, quam in diplomate latino reperimus « Renunciationem ad hoc recepimus non nu-

» meratae pecuniae, et auri non ponderati, omni actioni et » exactioni iuris: sed promittimus tam in iudicio, quam » extra iudicium, de iure quam de facto, et generaliter » omni legum constitutione, et consuetudinum auxilio (συ- » νηθειας) abstinere, quo praesens possit venditio infringi.» Quam formulam adhiberi solere advertit Blanchinius Stor. delle Fin. del Regno di Nap. p. 283. Diodatus Atti della Real Accadem. di Nap. 1788. p. 321. duos solvendi modos fuisse observat in *pecunia numerata* et *ad pondus*. Sed id fortasse improbandum. Quod vero attinet ad exactionem non numeratae pecuniae, ex Iure Romano descendit: conf. l. 3. l. 5. et l. 8. l. 10. Cod. de non numer. pecun. et l. 1. et 23. Cod. de probationibus.

(7) Διαταξεις — Constitutiones certe sunt Friderici II quae anno a Servatore 1231. Rich. a S. Germ. Chronicon ad h. an. T. 1. p. 255. et cron. Sicil. ib. p. 87 in collectione Perger. v. quoque Montfaucon. P. G. L. VI. Proleg. p. 389. id est 14 annos antequam haec venditio scriberetur, promulgatae sunt opera Petri a Vinea eloquentissimi viri, ut eum Mattheus ab Afflictis appellat. Vide Rapoll. Ius Reg. Neap. Proleg. c. VI. et Maffei. Ius Regni Proleg.

(8) Huius similis, sed quoad administrationem tantummodo, concessio in Pandectis reperitur; quam, quia graece est conscripta, refero. ἐπιτρέπω σοι περὶ πάντων ἐμῶν, ὡς θελεῖς πραγματεύεσθαι, εἴτε πωλεῖν θελεῖς εἴ τε ὑποτίθεσθαι, εἴ τε ἀγοράζειν, εἴ τε ὁτιοῦν πράττειν, ὡς κυρίῳ ὄντι τῶν ἐμῶν, etc. L. XVII. T. I. l. 60. §. 4.

(9) Κορτη — » Curtes, seu Cortes ex plurimis praediis » constabant, atque pleraeque, vetustis temporibus villam » integram complectebantur cum Ecclesia in qua populo Sa- » cramenta ministrabantur, sive Plebs esset, sive subiecta » Plebi, hoc est Baptismali Ecclesiae. Flodoardo teste, qui- » dam Presbyter de Bovonis Curte fuit: sic enim villa vo- » catur. Saepe etiam castrum ibi situm erat, ac inde suum » nomen Curtis ipsa mutuabatur. » Haec Muratorius Ant. Ital. Med. Aev. T. I. p. 568. Castra sunt Ducangio h. v. Al-

ter tamen est sensus τοῦ κορτης in hoc diplomate; idem fere significat, quod apud nos Corte; βασιλεια κορτη est Regia Aula: et revera apud Castrovillarum, Regiam fuisse affirmat Giustiniani Diz. Geogr. v. Castrovillari.

(10) Ἀυγουσταλια — Post ea pauca, quae de Augustalibus ait Muratorius Dissert. sulle Ant. Ital. XXVIII. T. I. p. 472. cum ipse Diodatus l. c. p. 345. de hac moneta fusius disseruerit, quaedam animadvertere e re duxi, omniaque ex eo per compendium referre.

Ac primum plurima cusa fuisse augustalia demonstrat a magno numero, quem Petrus a Vinea: reliquit Bonati Astron. Tract. 5. Consid. 141. Sed quod ex Mattheo ab Afflictis ad Const. reg. l. 1. Rubr. 22. n. 2. probare vult, ea non amplius valuisse, cum anno MCCLXVII. Carolus Andegavensis ea recudendo ab hominum memoria tollere conaretur; id videtur evertere alterum diploma, quod latine proferimus, ubi anno MCCLXX etiam augustalium poena multantur, si resilirent heredes: quod et iam notarat claris. Fusco Dissert. su di una Mon. del Re Ruggier. detta Ducato p. 13. ex documento I. p. 67. adde Claris. Schottum Syll. Membr. T. I. p. 170. n. 2. Dein quid hoc numi valuerit dum expendit Diodatus, Vergarae, Muratorii, Testae, Galiani, Carli, Schiavi, et Principis Turris Muciae opiniones refutat, qui omnes Richardi a S. Germano, aliorumque veterum scriptorum verba varie interpretati, in diversas iverant sententias.

Ipse ea verba, ac praesertim Richardi a S. Germano locum explicat, atque augustale 15 carolenos valuisse ostendit.

Postquam sexcentis argumentis id omnino vinxerit, quod frustra quidam docti viri infringere tentarant, in ipsius augustalis *titulum* inquirit, ac contra Malaspinam, Villanum, et Borghinium 20 auri *caratos* et dimidium in iis contineri affirmat: quod ex Archivio della Zecca Registr. 1280 lit. C, fol. 5 et Magistro Iacopo a Florentia v. Le Novell. Lett. del Lami del 1754 col. 292. mire probat. Praeterea augustalis typum, et epigraphen ostendit, CAESAR. AVG. IMP. ROM. ✠. FRIDERICUS; atque occasionem ar-

ripit Poggium, Lirutum, aliosque reprehendendi, qui hunc numum Constantini aevo, Constantinopoli usurpatum fuisse asseruerant. Nec non Apostolum Zenum, Muratorium, et Em. Borgiam captat, qui augustalis nomen a Caesaris Augusti capite derivarant. Sed Muratorius hic captandus non erat, qui Apostoli Zeni sententiam, nec probans nec exprobrans affert Murator. Antiq. Ital. Med. Aev. Dissert.28. T. II. p. 737. Diodatus retinet a capite eiusdem Friderici Augusti id nominis habuisse.

Postremo doctorum virorum errores unde manarint indagat, in auctorum locis explicandis, quibus confisi alterum augustali valorem falso tribuerant.

Haec omnia magno iudicio, magnoque eruditionis apparatu disputata, id genus numos melius noscere cupienti omnino sunt evolvenda.

(11) το τιμημα — haec est multa quae irrogari consuevit. Pars Regiae Camerae, pars contrahentium alteri dabatur. Ita et in diplomate latino invenimus *medietatem Regiae Camerae, et alteram medietatem* ei cui promissum non praestaretur. Similiter est in contractu apud Muratorium Antiq. Ital. Med. Aev. T. I. p. 567.

(12) νοταριου και ταβουλλαριου. Proprie notarius est qui per notas scribit v. Ducang. Glos. Latin. h. v. Vulgatum est illud Ausonii ad Notarium velocissime excipientem Epigr. 146.

Puer notarum praepetum
Sollers minister, advola.
Bipatens pugillar expedi,
Cui multa fandi copia,
Punctis peracta singulis,
Ut una vox absolvitur.
v. 12 paulo post Et mota parce dextera
Volat per aequor cereum.
v. 19. Tu sensa nostri pectoris
Vix dicta iam ceris tenes

v. 21 Quam praepetis dextrae fuga
Tu me loquentem praevenis. etc.

Ita Martialis Epig. XIV. 208.

Currant verba licet, manus est velocior illis;
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Veteres his notis quoque utebantur ad acta iudicum excipienda: inde Manilius Astronom. l. IV. v. 197.

Hic et scriptor erit velox, cui litera verbum est,
Quique notis linguam superet, cursimque loquentis
Excipiat longas nova per compendia voces.
et mox(v.209.)Hic etiam legum tabulas et condita iura
Noverit, atque notis levibus pendentia verba.

Ita est in Pandectis « *qui notis scribunt acta praesidum* L. IV. T. VI. l. 33. ubi Gothophredus n. 26. adnotat hinc Notarios derivasse. At postea veteri significatione remota, Notarius pro Tabellione usurpatum fuit.v.Murator. et Montfac. l. cit. in n. 2. v. et not. 2. et 4. ad Membr. II.

Praeterea ex his verbis nostrum Ioannem et Notarium et Tabularium fuisse colligitur. Ille ergo Tabellio simul et Actuarius esse debuit: i. e. notarius tam in privatis instrumentis, quam actis publicis, quae duo munera coniungendi morem Friderici II. tempore invaluisse observat Rapolla De Iur. Reg. P. I. L. IV. C. III. apud quem de his tabellionibus, seu scribis, uti in lege Liutprandi (quam n. (17) referam) vocantur, multa reperies. Dicebamus *scribis*, ita enim vulgo appellabantur; at et *publicos scriptores* vocari iam probavit Mabillonius De R. Dip. L. 11. c. 13. §. 6. et c. 21. §. 9. Sed de notariis, deque contractibus generatim lege quae Mattheus ab Afflictis in Constit. Baiulos omnes-amplissime commentatus est.

(13) Καστρουιλλαρι Castrovillari, Castrovillerium in diplomate ap. Claris. Equ. Agel. Ant. Schottum in Syll. Membr. T. I. p. 44. n. 3. urbs in *Calabria citra* 40 circiter millia

passuum a Cosentia distat; vetus fortasse Aprustum Plinio l. 3. c. XI. memoratum. Siphei et Grumenti eversione excrevisse dicunt Barrius de Antiq. et Sit. Calabr. l. 5. c. 17. et Marafiota Croniche l. 4. c. 25. p. 284. quod et nostra firmaret membrana si vere sit legendum, ut suspicati sumus ἐν τοποθεσίᾳ Συφαιου in loco Syphei. Sypheum memorat Livius L. XXX. seg. XIX. edit. Drakenbor. Haud vero improbarim eruditi Caroli Loccasi opinionem, qui censet ibi de loco *Scifi* mentionem fieri, nam saepe se in diplomatis latinis legisse meminit. Nescimus Castrovillari nomen unde derivarit: atque eruditorum sententias ut meras coniecturas, referre piget. Quod vero attinet ad αστυ νεον Σουευωνων, fieri quidem potuit ut sub Suevorum dominatu id Castrovillaro sit cognomen inditum. Sed nec ego amplius coniecturis tribuendum censeo, quam par est. Expectanda igitur sunt clariora documenta, quae huic rei lucem affundant: sed vide Membr. I. not. 18.

(14) Fridericus II. hoc anno imperii sui XXV nam a. MCCXX coronatus est imperator Chron. Cavens. p. 148. T. 4. Chr. Suess. T. 1. p. 52. Chr. Sicil. ad h. a. T. 1. Perger solemni excommunicatione per Innocentium IV. Pont. Max. ictus fuit. Raynal. Ann. Eccles. Caffar. Annal. Genuens. l. 7. T. VI. Rer. Ital. Murator. Ann. d'Ital. ad an. 1245. Heiss. Histoir. de l'Emp. Liv. II. T. 1. p. 170. Chron. Suess. h. a. Id in celebri Lugdunensi concilio factum est. Petr. de Curbia Vita Innocent. IV. T. 3. p. 1. Rer. Ital. mensis Iulii die XVII. ut refert Ioannes Bariola Tom. 1. p. 308. Perger. vel VII. ut Tommaso di Catania a. 1245. hoc est antequam hoc diploma exararetur. Fridericus enim imperator esse non destitit; nam, Pontificum minas semper despexit. Hac quoque occasione advertit Heissius « Frideric aiant été averti de l'excommunication fulminée contre lui, temoigna de ne s'en pas soucier ad an. 1245. p. 170. Ita etiam Michael Ferni » Hic quia Ecclesiam (ut late ponunt historici) lacerare coepit: demum ab Innocentio IV dignitate privatus est: quem floccifaciens etc. De Hist. Regn. Neap. c. XIV. T. 3. p. 146. Perger. Verumtamen Auctor operis *I Regali Sepolcri del Duomo di Pa-*

lermo Riconosciuti, ed illustrati Napoli MDCCLXXXIV. p. 91. ostendit Fridericum in gremio Ecclesiae diem obiisse supremum. Adde Cassetta Stor. di Nap. L. 4. cap. 3. Sed hic consistam ne magis extra viam vager.

(15) ειν̓δικτιωνος τριτης — Muratorii calculi in Ann.Ital. ad hunc an. (v. n. 16.) qui eamdem indictionem ponit, cum nostro diplomate coniurant amice: nec non epochae a Romualdo adnotatae apud de Meo Appar. Cronolog. C. 1. Art. 3. Et epistola Leonis IX de qua vide Mabillonium De Re Di. c. 25. 7. et alia passim in eodem opere. Praeterea quae est in membrana altera latine conscripta, quam proferimus, Indictio 14. an. 1270: ita Richardus a S. Germano a. 1230. tertiam Indictionem signat p. 242. v. 246. et 250. Perger. et An. 1305. Mense Maio Ind. 13. lapis habet apud Trombelli La Diplomat. c. III. p. 6. ut taceamus de aliis Indictionibus diligenter adnotatis, quae subductis calculis, ad unguem convenire repperiuntur: subductis calculis dicebam, nam quibusdam eruditis, Indictiones XV quoque anno absolvi: unumquemque vero annum a mense Septembri in graecorum aera numerari, fortasse ignorantibus, XVI. XVII. XX. quoque Indictionem, ex prava manuscriptorum lectione excidisse miror. Quod ad ceteras discrepantias attinet in Indictione cum annis Imperatorum concilianda, necnon de anno Pisano in membranis usurpari solito; tenendum est quod ait Claris. Eq. Ang. Antonius Schottus in Syllab. Membr. T. I. p. 11. n. 1. adde quae idem docte suggerit p. 76. in nota; et quae observat clar. de Aprea in eod. opere T. II. p. 24. n. 1. 29. n. 1. 143. n. 1. 144. n. 1. et alibi. v. quae diximus Membr. IV. n. 21.

(16) Annus ϛ ψ ν γ h. e. 6753. A. Christi 1245. respondet, ut videri facile potest si 5508 Aerae Graecae detrahas, ut suadent Montfauconius P. Gr. l. 1. c. v. et de Meo. l. c. p. 20. et p. 390.

(17) παρουσια κριτου. Iam ex lege Liutprandi, Iudicis praesentia opus erat in contractibus « Scriba autem, qui » chartam ipsam scripserit, non aliter praesumat facere,

» nisi cum notitia parentum, vel Iudicis, et si aliter fece» rit, sit ipsa venditio vacua, et praefatus scriba culpabi» lis, sicut qui chartam falsam scripserit. » L. IV. l. IV. Hi vero Iudices in privatis contractibus adhibebantur, et Iudices ad contractus dicti sunt, ut ex Constitut. Baiulos omnes — videre est. Chartularii quoque nuncupati ut observat Rapolla P. I. L. V. c. III. quo loco de his peculiaris est sermo. Friderici tempore duobus, ad minimum, testibus opus erat, Iudice, et Notario, in instrumentis, quibus obligatio initur quantitatis auri libra minoris, v. Constit. Instrumentor. Robur. L. I. Rubr. 79. init.

Finis adnotationum.

EXCURSUS

De Auri Tarenis.



I. Proprie ταριον est pondus 20 acinorum seu gran. (v. Ducang. Glossar. Graec. h. v. et latius in Gloss. Lat. v. Uncia.) Deinde etiam ut moneta inductum est, tumque pondus tarpisium dictum, quod apud nos *trappeso.*

Huius monetae originem ignoramus; tantum cum De Meo (Annal. Crit. Dipl. an. 904) animadvertimus, X saeculi initio eius mentionem reperiri. Parum accurate de hac loquitur Muratorius, cum, paucis sane verbis, ait « hosce » tarenos in Regno Neapolis, et Siciliae cudi, a Leone ta» men Ostiensi (Chron. Casin. l. 3. c. LVIII.) tarenos quo» que Africanos memorari » (Dissertaz. Sulle Ant. Ital. Dissert. 28. p. 476.) Sed quales sint hi Africani numi nos scimus cum ignarissimis.

Miror Claris. Equitem Blanchinium tareni utrum aurei, an argentei essent, nuper dubitasse. (Stor. delle Fin. del Reg. di Nap. V. I. p. 59) Dominicus enim Diodatus, iampridem, aureos extitisse demonstrarat. (v. Atti della Real Accad. p. 330 et sequ.) quod a nostro diplomate firmatur, ubi ταρια χρυσου aperte nominantur. Sed Vicentius Venutus (Opusc. di Aut. Sic. T. VII. p. 59.) suspicatus erat, tarenum nunquam veram monetam fuisse, sed tantum ad commodam partitionem adhibitum. Id nos minime negamus, at aureum numum, *tarenum*, *terum*, gr. ταριον nuncupatum extitisse, et Neapolitanum huis aevi tarenum, i. e. 20. granos valuisse asserimus. Id validis argumentis probare nitimur, Clariss. Virorum opinionem sequuti, Diodati in Rei Neaplitanorum nummariae illustratione, nec non Fusco de argenteo Roge-

rii numo quem ducatum seu ducalem appelles erudite disserentis; quorum documentis nos praesertim utemur, ordine chronologico ea disponentes, quod ad huius monetae historiam pernoscendam plurimum facere potest. Nos ipsi vero peculiares quoque observationes adiiciemus, quae dum scribebamus, in mentem veniebant.

II. Quod ad nominis etymon pertinet, Comitis Caroli sententia reiicienda videtur, qui post Ducangium, tarenum primo Tarenti cusum fuisse, indeque nomen cepisse censet. (delle Zecch. d' Ital. T. I. p. 156.) Nec magis placet Claris. de Ritis opinio, qui sustinet tarenum esse quasi alicuius monetae trientem; (Annal. Civil. A. 1837 Mag. e Giug. p. 77 n. 56.) nulla enim demonstratione probatur. Melius fortasse Doct. Sclavus (*Il Tarì d' oro*) opinatur qui cum perpenderet, ex iis usque temporibus, quibus in Siculis regionibus Arabes dominabantur, huius numi memoriam extare, a vocabulo Saraceno Tarain, sive Chaldaeo Tariia commercium, negotiumve significantibus huius nominis originem derivari, existimat.

III. Vetustiores argentei tareni Amalfitani gr. 12 et dimidium valebant. (Matteo Cam. Istor. della Cit. e Costier. d' Amalf. P. I. p. 216.) sed eorum valor ad gr. 13. cab. 4. nostrae monetae protractus est, ut iam ostendit Diodatus (l. c. p. 344.) post Chiaritum (Comm. ad Cont. de Instr. Conf. p. 112 in nota.) Sed nostri instituti quidem non est, aliquid de argenteis tarenis observare, qui an ante Aragonenses extiterint, alii viderint; ad aureos igitur transeamus.

IV. Amalfitanorum fit mentio in instrumento anni 1076 his verbis. » Et propter confirmationem huius venditionis, » ipsi venditores susceperunt ab ipsis Theodoro, et Leone » statutum pretium auri solidos 110 quorum quisque habet » tarenos auri 4 ex moneta Amalfitanorum. (Arch. Cav. Arc. » 101. n. 494. Arc. 101. n. 272. Vi. Chiarit. in op. paullo ante » c. p. 111. n. 1.) Ita Ioannes Baptista Gonfalone apud eumdem Mat. Cam. l. c. » Extantur (fortasse extant) mone» tae, quas ad praesens videmus Reipublicae Amalphitanae,

» et in constitutionibus Regni poenae iniungebantur in ta-
» renos Amalfitanos.

Nec reticendum est de formula in contractibus adhiberi solita » Tareni boni de Amalfia, diricti, et pesanti, de un-
» cia quinque de auro, et quinque de argento, ana tari
» quatuor per solidum. (Arch. Capit. d'Amalf. pergam. n. 6.)

Improbandum ergo est quod laudatus de Ritis asserit Tarenos Amalfiae vetustiores argenteos tantum fuisse (l. c. n. 33.) Friderici II vero temporibus aureos inductos. (l. c. p. 72 et seqq.) nam paulo supra vidimus aureos a 1076. iam cudi.

V. Sequuntur tareni Siciliae; de quibus legimus in Archiv. Gener. chartar. S. Leonardi Matin. a 1171 « *qua-*
» *tuordecim unciarum auri, de tarenis Siciliae* et a 1186.
» *Uncias auri de bonis Regiis tarenis de Sicilia XXIV.*
» *quibus numeratis, dicimus apud nos eas habere totas.*

In his documentis, cum unciae tarenis constent, uncia non realis est partitio, quia quibusdam numis conflatur, tareni ergo vera moneta esse debent.

Documenta quae ad Siculos tarenos referuntur, tantisper deseramus, ut redeamus ad Amalfitanos. Fridericus II. eos an. 1221 cudi iussit: ita Richard. a S. Germano ad h. a. *Tareni novi cuduntur Amalfiae. Novi*, nam vetustiores quoque tarenos Amalfitanos fuisse, supra animadvertimus (IV).

Hac moneta Fridericus contentus minime fuit: anno enim 1222, ut narrat idem historicus, denarios Brundusii invexit, *cassatis* tarenis novis Amalfiae. Vox *cuduntur*, altera *cassatis*, fictam monetam notare non possunt: hinc colligi potest quo pacto eorum opinio sit excipienda, qui tarenum a veris numis reiiciunt.

Non cessavit tarenorum Siciliae usus, etiam novis Amalfitanis *cassatis*. A. 1235 reperimus « Uncias boni auri
» ad generale pondus Regni octo Siciliae tarenorum » (apud Fusc. l. c. p. 11.) In nostro graeco diplomate a. 1245. ταρια χρυσου nominantur, videturque de Siculis tarenis esse intel-

ligendum, quippe iam Amalfitani fuerant a Friderico *cassati* sive fusi ut id vocabulum apud Richardum a S. Germano interpretamur.

A. 1255. « Unciam auri unam, et tari auri septem, e » dimidium bonorum tarenorum Siciliae bene ponderatorum (Fusc. l. c.)

A. 1260. « Unc. auri quinque tarenorum Siciliae pon- » deratorum. (ap. Fusc. l. c. p. 11.)

In his duobus diplomatis dicitur *uncia auri tarenorum Siciliae*, et tarenum verum fuisse numum adhuc dubitamus? idem est quae retulimus verba adhibere, ac unciae partes numerare, ut si quis, nostra aetate unciam argenti diceret scutatis, sive carolenis constantem.

In opere Cardin. Garampi de vetustioribus numis Pontificiis, quod laudatus Cl. Fusco ineditum possidet, quod sequitur documentum refertur. « Tarenorum Aurum, quod » laboratur tam in Sicla Brundusii, quam in Sicla Messa- » ne est de caratis sedecim et tertio; ita quod quelibet li- » bra auri unciarum duodecim, tenet de puro, et fino auro » uncias VIII. tarenos V. Relique vero uncie auri tres, et » tareni XXV. sunt in quarta parte de ere; et in tribus » partibus de argento novo. (Fusc. p. 10. n. 1.)

Hinc occasionem arripimus quarumdam Richardi a S. Germano editionum errorem reprehendendi, qui scriptor ad a. 1231. » Nummi aurei, ait, qui Augustales vocantur de » mandato Imperatoris in utraque Sicilia (ut est in colle- » ctione Pergeri) Brundusii et Messanae cuduntur: quo loco Sicla reponendum videtur: vide sis etiam in Fusco Documentum I.

En tibi Caroli I. Andegavensis verba rei nummariae Baroli praefectis perscripta, non a. 1267 uti affirmarat Diodatus, sed 1266 ut Fusco ostendit. » Quelibet vero libra » auri in pondere de auro puro contineat uncias octo, ta- » renos quinque in pondere, sicut eiusdem tenute erat au- » reus tarenus, qui olim in dicto regno fiebat, et quod » quilibet terenus, quem cudi, et laborari faceretis in si-

» cla praedicta sit in pondere videlicet gran. 20. (Fusco » pag. 66 Diod. l. c. p. 332) ita quod triginta tareni ex » ipsis in numero expendantur, et sint in pondere uncie auri » unius. (Vide Archiv. della Zecc. Reg. n. 80. f. 5.)

Denique Magister Iacopus a Florentia a. 1307. saeculi XIII monetas enumerans « Trenta Teri, ait, sono un' on- » cia d'oro, ed i venti grani sono un tero d'oro. (Lami Novel. Letter. del 1754 Cl. 297.)

VI. Ex iis omnibus quae diximus aureum tarenum, ut verum praesentemquem numum, extitisse aperte colligitur. Nunc huius monetae valorem ostendere opus est.

In Archiv. della Zecc. (Reg. n. 80 fol. 5.) dicitur Reales, quos Augustalibus substitutos fuisse scimus, tarenos VII dimidiumque valere; sed 15 carolenos Augustales valuisse certo certius est, tarenum ergo aureum, 20 gran. sive argenteum huius aevi tarenum valuisse, dubium non erit.

Locum citatum referre haud pigeat. » Quelibet vero » libra auri tarenorum in pondere de auro puro contineat » uncias octo, et tarenos quinque in pondere dicte tenute, » sicut erat aureus tarenus, qui olim in dicto regno fie- » bat, et quod quilibet tarenus quem laborari, et cudi fa- » ceretis in sicla praedicta sit in pondere unius tareni, vi- » delicet granorum 20. Ita quod triginta tareni ex ipsis in » numero expendantur, et sint in pondere unciae auri unius. Sed unciam auri 60 carolenos, 10 granorum quemque, valuisse ostenderunt Diodati (I. c. p. 330) et Fusco (l. c. C. I. p. 10 et 18.) igitur aureus tarenus duobus nostrae monetae Carolenis erit aequalis.

De Tarenis fit mentio quoque in membrana relata a Clar. De Aprea (in Syllab. Mem. T. II. p. 73. (a. 1291.) et in altera p. 162.) Tarenos in granos dividi ex suprascripta membrana in qua, *grani*, et ex altera relata (ib. p. 79) in qua *grana* vocantur potest dignosci. (eod. an.)

In Regni etiam Constitutionibus tarenorum mentio invenitur v. Baiulos omnes. — Sic nostra servitia — Castellani

et servientes (L. I. Rubr. 88.1.) ubi medius tarenus memoratur; adnotatque Mattheus ad Afflictis, medium tarenum cum 10 granis aequiparari. In alia — Qui nunquam sciri potest, — habetur « Medicus ab aegroto non recipiat per diem ... ultra dimidium tareni auri » idemque adnotator affirmat *Salarium quolibet die sit gran. X.* (L. 3. Rubr. 33. 3-5 fol. 159.) Ita et in Constitutione Quicumque mulierem, cum de 4. Augustalium poena loqueretur « ista poena inquit, » non est magna poena, nam quatuor Augustales valent » carolenos 60 seu tarenos (argenteos) 30. » Ast quatuor Augustales unciam auri efformant, ut dicit Richardus a S. Germano » ut quilibet numus aureus recipiatur, et expen- » datur pro quarta unciae » quodq: multis argumentis Diodatus ostendit: uncia vero auri 30 tarenis constat: v. supra; inde efficitur ut 30 auri tarenos 4. Augustales, seu 60 carolenos valuisse appareat.

VII. Si quis nostro graeco diplomate abuteretur, ad dubia de hoc valore iniicienda, cum pene incredibile videatur, Augustalium 36 Regiae Camerae, duplique poenam contrahentium alteri praestandam irrogari, praeterea nimis leve esse diceret vineae pretium: nos primo responderemus auri argentique valorem, novis effossis metallis, decrevisse, nec non vineam illam parvam esse potuisse. Multae autem magnitudinem non est quod miremur; harum namque similes in aliis contractibus inveniuntur.

Sed quod addimus obiectionem omnino diluit. Fridericus Constitutione — Intrumentorum robur — duo, ad minus, testes requiri statuit, in instrumentis, quibus obligatio initur quantitatis auri libra minoris, (v. n. 17 ad dipl.) sed in hoc contractu duo testes subscribunt, ergo 12 tareni cum auri unciam minime supergredi debeant, quoquo modo, inter contractum multamque haud discrepantia cessaret.

Hic autem observare nobis liceat, constitutionem paulo supra laudatam, quoad obligationem principalem, duo testes requirere, quum auri uncia sit minor: sed id valoris multum posse superare, quam, debitor nisi solvisset, poenam pollicebatur.

VIII. Sed aiunt cur hi nnmi nusquam inveniri queunt? Iam snpra (V) vidimus Fridericum tarenos Amalfiae novos *cassavisse*; dicendnm est, cnm non amplius aurei tareni usurparentur, totum illud aurum rursus fusum fuisse, atque ex eo recentiores monetas Principes cudi iussisse. Eodem plane modo de Augustalibus evenit, quorum Matthei ab Afflictis temporibus, iam pauci reperiebantur, ut ipse ait (ad Const. Reg. L. 1. Rubr. 22. n. 2.) atque ab iis numis cusis vix duo saecula transierant.

Verumtamen inter tot tenebras, quosdam tarenos invenire, aliquibus sorte obtigit. Quem laudavimus Mattheus Camera, rernm patriarum amantissimus, ac patriae suae antiquitatum haud incuriosus investigator, nullum talem numum reperire potuisse testatur. Ioannis Baptistae Manso inventionem (Camer. op. c. p.217) quam in dubinm revocandam censuimus in priore editione, iam certam esse comperimus. Verum tareni a Normannis cusi habentur apud Fusco. (op. c. p. 56.) nec non unus Friderici II (ib. p. 10.) alter Fiderici ap. Diodati (l: c. p. 334) qui omnes appensi 20 acinorum ad amussim inveninntur.

Factum igitur eorum obiectionem evertit, qni mente concipere non poterant, quo pacto tam parvus numns cuderetnr.

IX. Quae diximns breviter contrahentes haec pauca subdere placet. Vetustiores tareni, ut de Africanis sileam, Amalfitani fuerunt, dein Siculi; praeterea novi tareni a 1221. Friderici II. iussu snnt cnsi, et sequenti anno *cassati*, sed Siculi usque ad XV saeculum, in contractibus usnrpari non destiterunt.

Vidimus unumquemque tarenum 20 granos valere, cum pars unciae trigesima fuerit, unciae autem pondus 60 gr. et valor 60 caroleni.

Postremo observavimns pancos numos huiusmodi nobis esse translatos propter pecuniae diversitatem, quae postea inducta, effecit ut tarenorum aurum funderetur. At illi quidem pauci tarennm extitisse satis probant, nam saepe unus

numus ad alicuius monetae veritatem demonstrandam sufficit. Exemplum preeclarum nobis praebuit vir laudibus meis maior Claris. Eques Franciscus Avellinius Nomen mihi venerandum, animoque meo carissimum, qui a MDCCCIV. ineunte adolescentia Ariadnae Augustae numum, tanto molimine a Numismaticis quaesitum, frustraque desideratum, cum docto commentario primus obtulit; quem quia unicum reiicere velle stultum atque ridiculum foret: sed iam unicus non est; nam alterum similem Iudici Ianuario Riccio repertum ex eiusdem magni viri ore audivimus. At Goltzii quoque sunt quorum de fide dubitare debeamus: sed nos illud Cassii sequuti: *Cui bono*? quod tamen apud eruditos parum valere scimus, audacter dicemus, cur Fusco, et Diodatus nos fallere voluissent nulla erat causa; praeterea eos numos quisque, ut ego feci, inspicere potest, reique veritatem suis oculis noscere, quibus certe fidem non denegabit.



)(85)(

MEMBRANA LATINA

EX ARCHIVO CASTROVILLARI.



† Signum dicti quoque Iohannis Maczacudardo subscriptae venditionis, instrumenti, et acquisitionis subscriptae. † Signum manus Auriperti filii eius † Signum manus Leonis filii eius. † Signum manus Emmae illius filiae † Signum manus Turturae aliae filiae.

In nomine Domini amen. A. ab incarnatione ipsius millesimo ducentesimo septuagesimo, mense Martii, quartadecima indictione. Regnante Serenissimo Rege nostro Charolo inclito Rege Siciliae, Ducatus Apuliae, et principatus Capuae, Almae Urbis Senatore, et Andegavensium, et Forcalquerii comite, ac Romani imperii in Tuscia per totam Romanam Ecclesiam Vicario Generali — Regni eius anno sexto feliciter amen.

Nos Prisca, et Iohannes Maczacudardo . . . . . . filii quondam Salvatoris Castruvillari, qui signum Crucis supra manu propria compressimus, praesenti publico scripto notum facimus, et testamus in praesentia virorum saecularium, et Iacobi de Domno Ruma (fortasse) Castruvillari Iudicis. Philippus de Elidamno apparuit coram, noster Notarius, et testes subscripti ad hoc specialiter vocati, et rogati, quod nulla vi, dolo, metu coacti, seu suasione aliqua adhibita, sed nostra gratuita, et spontanea voluntate vendidimus, et tradidimus tibi Magistro Nicolao Benedicto de Cassano, habitatori eiusdem terrae Castruvillari, dilecto consanguineo nostro pro te, et tuis heredibus, et successoribus in praesentia nostra, quantum habemus, et possidemus in tenimento Castruvillari, in contrata quae dicitur Campum Malum, cui autem fines sunt ab Oriente terra illorum de Osmudo (fortasse) ab occidente Olivetum Monasterii Aquaformosae, a meridie Terra illorum de Carbono (fortasse) et a Septentrione via, per quam acceditur terrae praedictae, ubi dicitur Govedo: praetio, et integro pagamento

recepto et habito a te praedicto Magistro Nicolao , emptore ad quantitatem traditam boni , et electi auri , tarenorum viginti duo , et dimidii. Renunciationem ad hoc recepimus non numeratae pecuniae et auri non ponderati , omni actioni , et exactioni iuris; sed promittimus tam in iudicio, quam extra iudicium, de iure, quam de facto, et generaliter omni legum constitutione, et consuetudinum auxilio abstinere, quo praesens possit venditio infringi. Et te inde ad corporalem possessionem ipsius terrae inducimus: bene autem nobis placuit, et placet, ut dicta terra . . . sic in ante in tui tuorumque heredum, seu successorum dominio , et potestate consistat , ipsam adiuvandi , donandi , communicandi , et faciendi in ea, de ea, et ex ea, quicquid verus, et legitimus dominus de rebus praedictis facere posset ; sine nostra , vel nostrorum heredum , sive successorum molestia , et contrarietate; immo per stipulationem solemnem praedictam terram nos dare promittimus , ita etiam defendere, et inconcussam tenere ab omni honere (sic) , et pondere . . . . et nullo usquam tempore , quatenus per te , seu per heredes nostros , ut si per aliquam personam supervenientem . . . . . . si forte conveniunt in aliqua persuasione , nec vestram causam tibi , et tuis heredibus nos et heredes nostri defendant , sponte ad invicem debere poenam compositam Augustalium triginta et sex , medietatem regiae Camerae et alteram medietatem tibi, et tuis heredibus persolvendam : quae poena solvitur , ubi non solvitur praesens scriptura , quam notificamus , et suo robore perseveret — Unde ad futuram rei memoriam , et tam tui , quam tuorum heredum cautelam , et securitatem perpetuam , instrumentum tibi experiri fieri iussimus , per manus praedicti Notarii, Iudicis , et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum

† *Ego qui supra Iacobus de Domno Ruma Regia auctoritate Castruvillari Iudex —*

† *Ego Robertus Panzone testor —*

† *Ego Athanasius Battepede testor —*

† *Ego Franciscus . . . . . . testor —*

† *Ego Raimundus de Romaldo testor —*

† *Ego Thomasius de Marchisio testor —*

INDEX VERBORUM

QUÆ DESUNT IN LEXICIS

Primus numerus membranam secundus notam designat.

QUAEDAM ADDENDA ATQUE EMENDANDA

Pag. 5. l. 12. pro Ιωαννη corrige Ιωαννη
» 7. l. 9. pro τὸν σῶν lege τῶν σῶν
» ib. l. 14. pro χαὶ legendum καὶ
» ib. l. 19. *legittimus* repone *legitimus*
» 9. l. 9. pro τοῦ lege τοῦ
» 10. l. 25. pro *not.* 10. corrige *not.* 11.
» 17. l. 29. *ax* corrige *ex*
» 18. l. 17. *incolumenque* corrige *incolumemque*
» ib. l. 23. *ejusdem* lege *eiusdem*
» 21. l. 6. post 139. adde: *notae sunt Phocylidis* νουθεσίαι . νουθετικοὶ λόγοι . Xenoph. ἀπομν. L. I.
» 22. l. 20. adde: ἔγραψαν τοῖς ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπισκόποις καὶ τῇ ἑκάστε τῶν ἀδικηθέντων παροικίᾳ. S. Athan. in Apolog. II. Videatur quoque Ducang. Gloss. Grae. v. ἐνορία. p. 387.
» 23. l. 18. *Xylandrus*, leg. *Xylander*
» 23. post l. 34. haec adde: Vide quoque Mazochium ad Tab. Heracleenses p. 232. edit. Neapoli.
» 24. l. 5. post 4. adde: τας δε ελαιας και τας συκιας και τα αλλα δενδρεα τα ημερα κ. τ. λ. est in Tabula Heracleensi Prima v. 124. vi. Mazochium ad Tab. Heracl. p. 245.
» 25. l. 15. haec addantur: (27) Annus 6756 a Servatore MCCXLVI.
» 30. l. 13. post γνησιῷ deest (12)
» ib. ib. ἀποιχομενῳ corrige ἀποιχομενου
» 31. l. 16. κλερονομίας lege κληρονομίας
» ib. l. 17. pro καὶ της χωρας lege καὶ του χωρον
» ib. l. 31. pro *regione* lege *loco*

» 41. l. 30. χειρομάκτρου definitionem habe ex Tzetze
χειρόμακτρον, τί ὕφασμα τιθέμενον τραπέζαις,
Ο' τῶν χειρῶν ἐκμάσσεται τὸν ῥυπὸν καὶ καθαίρει.
Chil. V. 544.

» 42. l. 31. κρεύη corrige σκεύη

» 43. post l. 29. deest: (30) οἰκοτόπον, v. Membr. II. not. 9.

» 44. deest initio nota 34. quam hic habe; ut sequitur —
(34) Μέλιτος — fortasse *militis* pro Μέλητος: nam ὁ Μέλης est Miles. Hinc Μαστρομέλης, et Μαΐστρομιλιος pro Magistro Militum. Vide quae adnotat claris. Eq. Angelus Antonius Schottus in Graeco diplomate. Atti della Reg. Accadem. Ercolanese Vol. I. p. 305-306.

» ib. l. 1. pro (34) lege (35)

» ib. l. 4. pro (35) lege (36)

» id. l. 5. pro (36) lege (37)

» ib. l. 8. pro (37) lege (38)

» ib. l. 21. Νῦν δὲ σύγ' ἡρώων χῶρον ἔχοις φθίμενος. In marmore ap. Claris. Welcker. Sylloge Epigr. Graec. ep. 48.
Ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πένησι τε καὶ βασιλεῦσιν. Phocyl. νουθ. 108.
Οὐδεις γαρ ἄβατος φιλοσοφιᾳ χωρος. Scholiast. Villois. ad Il. E. 392. In Graeca inscriptione Heracleensi saepe τὼς χώρως reperimus, ad rustica praedia denotanda vi. Maffeium Osserv. Letter. T. III. p. 298-299. et Alex. Symm. Mazoch. ad Tab. Heracl. Secund. p. 259 et seq. Saepius in tabula quam ipse Mazochius appellat Primam vi. p. 187 et seq. quin et χωρια v. 84. p. 223 et ἐπιχωρια v. 71. p. 215. et χωρία loca simpliciter Plutarch. in Philopoem. T. I. p. 367.

» ib. l. 32. προρρέιν leg. προῤῥέειν

» 45. l. 27. adde ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις, τοῖς νόμοις. Isocr. παραιν. πρὸς Δημον. init.

» 52. l. 14. ἀνθρώπον lege ἀνθρωπων.